

A partimque probantibus, partim improbantibus. Ex illo autem tempore cepit, quem hodie ut demus, mos, ut è circumfisis histericorum urbibus & pagis Moguntiam ad sacra ista Christophoria spectanda concurrant tam multi. *Nicol. Serarius lib. 5. c. 8. rer. Moguntinens. an. 1560.*

Cum aliquando P. Guardianus Franciscanus Conventus S. Barthelemy Castelloni, processionem iuxta religionis morem Dominica infra Octavam Corporis Christi per claustrum tantummodo fieri decrevisset, cogere tunc à devota Communitate Conventus septa egredi, atque ad oppidum usque processionaliter progredi, ac ipsum totum iustrare, venerabile Sacramentum, sic ex quadam simplicitate affatus est; sanctissime Domine, processio quidem iuxta populi votum fiet, sed quicquid Cere consumptum fuerit, tu eris solvendo. Mira res! E viginti quatuor cereis, qui per quatuor horas & amplius arserunt, nihil penitus immittuntur fuit. *Franc. Gonzaga de oris. Seraph. relis. p. 3.*

Cordubae quæ Hispaniæ non ignobile oppidum, anniversario ritu Christi corpus circumferabatur. Erat dies æstivus, & fervens. Comitabar revelato capite Philippus II. Hispaniarum, Indiarumque Rex potentissimus, solique ardorem Africana pietate superabat. Cumque moneret è dynastis aliquis, æstium vitaret, & à Sole paululum deflecteret: Ille, isto ajebar, die Sol neminem ledere poterit, verè ea laude dignus Princeps quod ex nobili illa stirpe, vix ullum pietate & religione parem habuerit, superioriorem verò neminem. *Ex historia Gallica Pet. Matthæi, Beyer, in Apophtheg. Christ. tit. de Euchar.*

Quis vero pro dignitate commemoret pietatem Sereniss. Belgicæ Principum, Alberti & Isabellæ, quam etiam & in anniversaria celebritate Sanctis. Sacramenti, quod miraculosum vocant, & verè tale est Bruxellæ quotannis exhibent? Quando non obstante cœli æstu, recurrit enim illa in mensem Julium, quo maximi calores hic esse solent: viarum etiam quæ nunc acclives sunt, nunc declives in ea vire molestius pothabit, longo itinere, pedes, accensamque facem manu tenentes insequuntur ipsum Sacramentum, & exemplo suo, quamvis raro, Principum, subditorumque affectum erga Sanctissimum hoc Sacramentum provocant.

Cæterum de Solemnitate ad memoriam & honorem SS. hujus Sacramenti instituta, toroque orbe celebrata, scripsit nuper *Joannes Chapiaville* Vicarius Leodiensis succinctum Tractatum, ejusque primam originem refert in quadam Virgine Leodiensium Julianam, quæ nata anno 1191. & in timore Dei educata, tandem revelatione crebra quam illi Deus exhibere dignabatur, didicit, gravissimam ei fore festivitatem in memoriam omnium suorum mirabilium, eicæ inquam quam timerentibus se dedit: eamque ipsa primum inchoavit, postquam omnia quæ sibi acciderant, cum Theologis & Ecclesiæ primoribus communicasset. Sic ut statim Robertus Leodiensium Antistes eandem per suam dioccesim observari solemniter jussit, quamvis morte præventus exequi non potuerit, quod mente conceperat. Nihilominus Clerus vestigiis sui Episcopi insistent, officium peculiare concepit, quod paulo post Hugo S. R. E. Cardin. eo missus adprobavit, lectumque extulit, ac illius factum Cardinalis Capucius mox probavit. Mansit hæc devotio aliquandiu apud Leodienses: donec Henricus successerit Roberti, in instante fortiter quadam Reclusa nomine Heva, opinione sancta, Urbano IV. Pont. universa transcripsit. Qui intellectis omnibus, & miraculo etiam admovito, præfatam solemnitatem toti Ecclesiæ communem esse voluit, anno 1264. miraculo istius meminit *Onoprius in vita Urban. IV.* Atque hanc historiam, five narrationem omnino veram esse, ejusque firmitatem erui ex veteribus monumentis, idem Chapiaville adfirmat.

Potè eam festivitatem variis prærogativis decorarunt varii Pontifices, nam Joannes XXII. eam statim in Viennensi Concilio confirmavit, ac sæculo post, anno 1417. Martinus V. Indulgentias ab Urbano concessas geminavit: quod & fecit Eugenius, alique: ut nihil dicamus de Fraternitate illius nominis instituta de qua statim.

*** CONFRATERNITATES INSTITUTÆ IN HONOREM AUGUSTISSIMI Hujus Sacramenti.**

Ac primum de Archifraternitate Urbis Romanæ, in Basilica Principis Apostolorum.

Quamvis Sanctissimum hoc Sacramentum ex se omniverentia, honore, & adoratione qua divinitati Deoque com-

petit, longè sit dignissimum, nihilominus visum fuit Romanis Pontificibus, quo magis fidelium cultum erga illud promoveret, variis eisdem beneficiis & spiritualibus indolis provocare, & confraternitates perique locis, ad honorem, & sub augustissimo nomine ejusdem institueret. Quarum quidem prima fundamenta in urbe fecit Paulus III. eaque auxit Gregorius XIII. optimus sanctissimique Pontifex: iuxta in Aede Principis Apostolorum, varisque Indulgentiis cumulavit, constitutionibus infrixit. Quos secuti alii Pontifices Clemens VII. & Paulus V. summo etiam studio eadem confirmarunt, & novorum accessione beneficiorum exornarunt.

Literæ autem Indulgentiarum, & Privilegorum dictæ Archifraternitati Romanæ concessorum, ita se habent.

PAULUS PAPA TERTIUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum proximè elapsis mensibus, nobis id ordinantibus, & mandantibus, ea pars Basilicæ Principis Apostolorum de Urbis, quæ adhuc exstabat, mandata, aptata, & quasi instaurata, portulque & novis altaribus, & picturis exornata, & in ejus medio insignis & pulchra Capella, in honorem & ad conservationem sanctissimi Corporis Christi constructa fuerat: ad Christi fidelium, & præsertim peregrinorum venientium consolationem, & deinde una Confraternitas secularis, sub titulo ejusdem Corporis Christi: ad curam & cultum sanctissimi Sacramenti, & ad quamplura pia charitatis opera exercenda inibi canonicè instituta fuerit.

Nos cupientes dictæ Confraternitatis Confratres, & ceteros Christi fideles, ipsam Basilicam visitantes, spiritualibus donis & gratiis per amplius excitare; De omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum, ejus auctoritate consili, omnibus singulis utriusque sexus Christi fidelibus, verè penitentibus & confessis, seu fatentibus à jure temporibus confitendi propositum habentibus, qui in festo Corporis Christi, vel aliqua die ejus octavæ, vel in festo Apostolorum Simonis & Judæ dictam Cappellam devotè visitaverint, & pie inibi oraverint, necnon omnibus, qui dictam Societatem ingressi, in die sui ingressus, vel aliqua ex septem diebus inaccessè sequentibus, sua peccata confessi, & Eucharistiam sumperint, plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concedimus.

His verò Confratribus, qui vel in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, aut in festo, vel in aliqua die octavæ festi Corporis Christi, dictam Eucharistiam sumperint, ducuntur: & tam eis, quam ceteris Christi fidelibus, quoties infra annum in ipsa Capella idem fecerint, quadraginta.

Insuperque ipsis Confratribus, qui vel in processione, vel ad infirmos sanctissimum Sacramentum cum lumine comitatus fuerint, centum; qui verò sine lumine, quinquaginta.

Et confororibus dictum Sacramentum comitari nequeuntibus, quæ auditio signo campanæ, per Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, pro salute infirmi flexis genibus recitaverit, totidem centum.

Cæteris verò Christi fidelibus dictum Sacramentum, cum vel sine lumine comitantibus quinquaginta: & Confratribus qui semel in mense ante ipsum Sacramentum in dicta Capella existens, quinque ipsam Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, in memoriam Passionis ejusdem Domini nostri, ac pro pace, salute, tranquillitate Reipub. Christianæ recitaverint, centum: & tam ipsis, quam ceteris Christi fidelibus, qui in festis suis cum quinque Orationibus Dominicis, & totidem Salutationibus Angelicis, vel in diebus Dominicis cum tribus similibus Orationibus, & salutationibus, ac uno Credo genibus flexis, Sacramentum in dicta capella repositum salutaverint, quadraginta annos de injunctis, seu debitis penitentibus misericorditer in Domino relaxamus.

Præterea ipsis Confratribus, qui in die octavæ festi ejusdem Corporis Christi, processionem solemni, quæ fiet quando sanctissimum Sacramentum reponeretur, cum lumine interierint, eandem Indulgentiam, etiam quò ad suffragandum animabus in Purgatorio existentibus concedimus, quæ celebrantibus, vel celebrari facientibus in Ecclesiâ sancta Pudentianæ de Urbis concessa est.

Et insuper ipsis Confratribus licentiam eligendi confessionem, qui eos ab omnibus criminibus quantumvis gravibus etiam

A etiam Sedi Apostolicæ reservatis (exceptis contentis in Bulla, in die Cænæ Domini legi solita) semel in vita, & in mortis articulo absolvere, & pro commissis penitentiam salutare injungere, ac indulgentiam plenariam pariter, semel in vita, & in mortis articulo largiri possit, concedimus.

Quandoque temporibus stationum dictam Capellam visitando, & inibi devotè orando, eadem indulgentias consequantur, quas consequerentur, si Ecclesiæ pro stationibus deputatas visitarent, indulgerent. Si Ecclesiæ perpetuis futuris temporibus duraturas. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die xxii. Septembris M. D. XLVIII. Pontificatus nostri Anno quattordecimo.

Eandem constitutionem, erectionem, & gratias à Paulo III. concessas Apostolica auctoritate innovavit & confirmavit Gregorius XIII. per Breve desuper expeditum, in quo succedènti Confraternitatis institutæ rationem reddit, augmentum honoris & reverentiæ, ac devotioris fidei Congregationis primavias Constitutiones, implorata, ut inquit, Spiritus sancti gratia, additis etiam nonnullis aliis, ad certa capita contulit, ejusque Protectorem Basilicæ Sancti Petri de urbe Archiepiscopum, S. R. E. Cardinalem, & præter hunc Deputatos quinque, Consiliarios tredecim, Syndicos duos, Camerarium unum, Secretarium unum, Provifores duos, Visitatores octo, cum distincta munerum functione, ordinavit, & instituit, eamque Fraternitatem in Archiconfraternitatem erexit, ac simul indulsit, ut omnes, & quacunque alia Confraternitates, ejusdem sanctissimi Sacramenti, quovis tandem loco; extra urbem canonicè instituta, & instituta, prout dicemus infra, huic aggregari possent.

Supradictas Indulgentias & Constitutiones & Privilegia, Archiconfraternitatis Clemens VIII. & Paulus V. novissimè approbaverunt.

DE ALIIS FRATERNITATIBUS EJUSDEM SS. Sacramenti.

Verbo infirmavimus Gregorius XIII. ad retinendam dignitatem Confraternitatis Romanæ, fideliumque filium magis in dies promovendam, perpetuò concessit illius Protectori, Deputatis, Consiliariis, aliisque dictæ Congregationis administratores, facultatem aggregandi eidem alias Confraternitates extra urbem sub nomine SS. Sacramenti institutas vel institutas. Sic ut dummodo id in aliqua Congregatione hujus Archiconfraternitatis petiverint, ipsædem quibus hæc, Privilegia, Indultus, exemptionibus gaudere possint, & per dictos administratores communicari.

Eadem facultas aggregandi huic Confraternitati alias alibi canonicè erectas, innovavit Clemens VIII. & post illum Paulus V. per literas Apostolicas in forma Brevis, de data die xii. Februarii M. D. V. Pontificatus sui anno secundo.

Atque idem Pontifex per literas suas sub Annulo Piscatoris expeditas, die ix. Novembris M. D. C. XII. Concessit Officialibus & Confratribus Archiconfraternitatis Romanæ, ut in aggregatione hujusmodi literas primam Dominicam cujusque mensis, & octavam SS. Sacramenti, pro cujusque loci consuetudine aut instituto liberè & licitè valeant & possint commutari, cum ipsædem indulgentiis dummodo requisita opera exerceantur. Juxta que, idem S. Dominicus consensit, ut Confraternitas SS. Sacramenti, quæ jam olim erecta erat in Ecclesiâ B. Mariæ Antverpeni, aggregaretur supradictæ Archiconfraternitati, ac ipsædem cum illa Privilegiis & gratis spiritualibus frueretur.

*** EVENTUS ET ETYMOLOGIA.**

Eventus dici potest quodcumque exit actum. *Nomius Marcellus.* Sive quidquid casu vel fortuna nobis accidit, sive bonum sit, sive malum.

QUOMODO TOLERANDI

Euripides in Antigone
 Οτι δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Τη δαίμων, ετι δ' αριστεροίον δαίμων.
 Quisquis in eventu verum sapienter ac modestè fert
 Fortunam animo felicior est.
 Μεταβαλλομεν δαίμων αριστη.
 Παι δ' αριστεροίον, αρι δ' αριστη.
 Fortune nisi arietem sustine,
 Naviga secundum fluvium, naviga secundum fortunam.

*Οτι δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Τη δαίμων, ετι δ' αριστεροίον δαίμων.
 Mortalis existens, mortalia quoque te passurum expecta,
 Divinam agere vitam cupis, cum homo sis?
 Euripides in Helena.*

*Ετι δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Μεταβαλλομεν δαίμων αριστη.
 Habes quidem negotia tristia fateor.
 Conandum est tamen, ut que necessaria sunt in vita,
 facillimè seras*

Idem in Menalippe.
 Τη τυχεροίον δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Ζεφει ραυλα, αριστεροίον τ' αριστεροίον.
 Rerum eventus quisquis mortaliū bene fert.
 Illum sapientem et moderatum virum judico.

*Πισθατα δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Τη δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Αριστεροίον δαίμων εστι
 Passus et eadem, que nulli alii homines.
 Nam qui presentem fortunam non servant,
 Dum temere petunt majora, perirent.
 Menand. in Androgyne.*

*Τη τυχεροίον δαίμων εστι
 Αριστεροίον δαίμων εστι
 Ευτυχοίον δαίμων εστι
 Fuitus eventus expectare oportet unumquemque
 Hominem. Nihil enim stabile permanet.
 Αρι δ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Μικροίον τ' αριστεροίον δαίμων εστι
 Tristitia semper à vita repellit.
 Exiguam enim & angustiam ætatis tempus vivitur.*

Eulogia.

¶ Vide AMPLIATA SACRA, §. Paris benedictus.

Eunuchi, Spadones, Castrati.

** Qui sunt, Erymologianominis, ejusque varia usurpatio.*
 Rammatici juxta P. Greg. Tolos. s. y. ag. 7. c. 2. distinguunt inter hæc nomina, quod castratos vocent quos castos natos, eodemque Eunuchos, quasi naturaliter impotentes ad Venerem, debitorumque membris carentes. Spadones vero qui inviti castrantur ab hominibus. Verum merito hæc distinctio est negligenda.

Communis usurpatio juxta etymon nominum infra ponderum habet, ut tam hi quam illi dicantur proprie quibus testiculi defunt sive à natura, sive per vim. Unde & Hebraei Sares dicuntur. Græci eos dicunt cubilium custodes, quia Gyneceis olim adhibebantur, ut infra latius dicemus.

Unde & Epiphanius dictos vult, quod possint δροισιν, hoc est benevolentiam ac fidem servare: ablati his membris quæ castitati insidiantur. *Her. 3. & Robert. Olcor. in lib. 3. ap. 8. c. 2. lec. 59.* meminit etymologia ab *δρ*, id est, bene, & *νικα*, victoria.

Prior tamen notatio communior est, ab *δρ* cubile, & *εγω*, custodia: quasi Eunochius, & per syneresin Eunuchus, eo quod solebant adhiberi custodia cubilis regii ejusmodi homines: quos proinde neque ad masculinum, neque ad femininum genus pertinere asseruit. *Basil. Epist. 87.* Sunt tamen qui volunt Eunuchi nomen proprium alicujus fuisse.

Nomen autem Spadonum ulitatum est in S. Literis, & dicitur à verbo *σπαδω*, quod est evellere & extrahere, eisque nomen Græcum *σπαδων*, *Steph. l. de uribus*, vult à Persica civitate nominatum.

Cæterum quod ab eruditis observatur, quamvis nomen Eunuchi ad solos castratos extendetur aliquando: postea tamen h eodem appellati fuere omnes, qui regia custodia & Janus palatii præstiebantur. Item custodes & administri Regine quomodo Demodochum testatur. *Eustath. Scholiastes Homer. l. odyss. 3.* fuisse Eunuchum Clytemestrate, & Phœmion fratrem, Penelopes. Sic in *lib. Iudith Vagao*, quem Gagoas vocat *Joseph. l. 11. Antiq.* dicitur custos cubiliculi Holofernis & Q. Curtius ejusdem nominis Eunuchum nequissimum fuisse Alexandro M. urti & Herodi, *Joseph.* Auctorque est *Plin. lib. 13. c. 4.* apud Persas tributum passim illud, nomen Spadonibus. Imò addit *Tacit.* nomen Eunuchi celebre fuisse, *l. 6.*

Etiam Putipharum cui Josephus Patriarcha cohabitabat, Dancielem & Socios, Scriptura Eunuchos vocat, quorum tamen prior uxorem habuisse scribitur, neque defant qui defendant hos non fuisse castratos, sed vocatos Eunuchos, translata vocis significatione à castratis quibus initio optima quoque ac principalia Regum Principumve ministeria credebantur, ad illos qui his familia negotia tractabant. *Ita Justin. Imper. in Novell. 142.* in genere præfectos Imp. cubiliculis vocat Eunuchos.

Atque

A Aquæ ex hoc genere Eunuchorum, quibus nulla potentia ad Venerem, magna tamen apud Principes potentia aderat, volum plures etiam fuisse Eunuchum illum, cuius Lucas in Actis meminit cap.8. Ita Caribus, Lyranus, Eusebius, Nicephorus, ut qui erat super thesauros Regine Candacis, & vir Andis additus, ut qui alienæ Religionis cum esset, legebat Esajam.

GENERA VARIA.

CHRISTUS Matth. cap. 19. vers. 12. ostendere volens, non esse difficile, quod tamen impossibile dixit Calvinus, castitatem servare, & uxorem non ducere, tria proponit Eunuchorum genera; ait Hilarius quorundam quidam ab utero tales sunt, i. e. à natura: alii ab hominibus facti sive castrati: alii denique & corpore à carnis illecebris abstinent, ut virginum choro associantur in cœlis. Et primi quidem, ait Hilarius, & culpa & merito carent: secundi, culpam habent, cum consensu suo excidentur: tertium genus potius est metaphoricum. S. Chrysost. expendens vim verborum Christi, ita scribit hom. 63. in Matth. sub me. Cogita tecum, si à natura talis esses, aut eam injuriam ab hominibus passus, quid faceres, cum & hujusmodi voluptate careres, & nullam carendo mercedem consequeris? Gratias igitur Deo agas, quod cum mercede & coronis idem futurus, quod illi sine coronis ac premio.

Volunt Semiramidem primam castrasse mares. Alii Perfarum & Medorum inventum existimant. Alii Egyptiorum. Vide Ammianum lib. 14.

QUI EUNUCHI, MARES Ex S. Scriptura.

Abdemelechus Æthiops, Spado regis Sedecie, Jeremiam Prophetam à terro carcere liberavit. Jerem. 38.

Nabuchodonosor rex cum Joachimo rege Judæorum abduxit ex Israëlitis nobilissimos quoque: & inter eos quoque ex Juda genere, Daniele, Ananiam, Misaelem & Azariam, quos castrati fecit, & Asphenazo Spadonum magistrum commisit, qui eorum nomina muravit, & Daniele vocavit Balsazarem, Ananiam Sidracum, Misaelem Misacum, & Azariam Abdagenem. Daniel. 1.

Hegeus Eunuchus Perfarum regis, Artaxerxis concubinas comebat, ut ad regem introriterentur. Esaiam ad regem admittis Salagacius in alterum gynæceum manè accipiebat. Esai. 2.

Vagathian & Thares Eunuchi contra Artaxerxem Perfarum regem conspirantes, Garnabaci indicio deprehensi, & in crucem sublati sunt. Esai. 2. Joseph. lib. 11. c. 56. Antiquit.

Athachus Eunuchus, Ethere regine nuncius ad Mardochæum, per quem Amanis consilia Regine rescivit, & Dei auxilia everit. Esai. 3.

Harbona Spado Sabuchades Josepho, Artaxerxi regi Amanis consilium contra Mardochæum indicavit apud Ethere Reginam. Esai. 7. & Joseph. lib. 11. c. 6.

Vago Eunuchus Holofernus ducis Nabuchodonosoris, qui Judith ad convivium vocavit, & in eodem cum Holoferne tabernaculo conclusit. Judith. 12.

Eunuchus Candacis regine Æthiopiæ, qui ab Æthiopia aditandi gratia Hierusalem venit. Act. cap. 8. De quo tamen plerique ambigunt, an fuerit spado, ut supra in D. nuavimus.

HISTORICA.

Accessit Jovis ex petra genitus, roboris summi, ferociae intractabilis, infanie & turbalis libidinis ex utroque sexu fuit. Hujus audacia ut colibereur & infringeretur, Liber familiarum illi fontem, quo ardorem fuerat luctus, & sitidendi lenire flagrantiam, ludo & venationibus excitatam, validissima succendit vi meri. Accessit foror in altissimum deprimitur. Liber ex fetis scientissime complicatis, unum planta injicit laqueum, parte altera genitalibus injecta. Exoluit ille vi meri corripit & impetu, & adducente nexu planta, suis ipse se viribus, eo quo fuerat, privat sexu. Arnob. lib. 5.

Democochus & Phenix fratres aoidoi, custodes relicti, ille quidem Clytemnestra, hic vero Penelope. Nec prius Clytemnestra pudicitiam Ægisthus expugnare potuit, quam Democochum (Cali Cariadem, alii Glaucum fuisse appellatum asserunt) medio sustulit. Aoidoi autem ambigua significatione dicuntur, sed rō aoidon, à canendo: vel rō rā aoidon, ut rō rō. Utraque fortassis significatione locum habet, Eunuchi erant simul, & mutici. Eusebius in 3. Odysser.

Scimus Eunuchus, Themistocles filiorum præceptor, ad

Xerxem simulata prodizione missus, Xerxem ad navalem pugnam cum Græcis ad Artemisium inducit. Herodotus.

Artaxerx Eunuchus obies, per quem filio memo Themistocles Xerxem fugere coegit. Plut. in Themistocle, & Polyan. lib. 1. Frontinus lib. 2. c. 9.

Thyreus eunuchus Stariora uxoris Darii. Plut. in Alex. Meleabates Artaxerxis Perfarum regis eunuchus, à Parysati Artaxerxis matre, ob Cyri caput & manum præcisa, more Perfarum & regis justu, excoriatus fuit. Plut. in Artaxerxe.

Hermias eunuchus ter venditus, Atamites (que Provincia est Myria ad Hellepontum, cui profuit, regi Perfarum dicto audiens, servus Eubuli Bithyni principis & Philolphi) animum scriptis emmortalem, Aristoteli familiaris, cujus filiam adoptivam in matrimonium accepit, & licet Ætæus esset, filium ex ea Pthiadem suscepit. Suidas.

Ganymedes eunuchus, & nutricius Arimoes, de quo Lucanus lib. 10. famulo Ganimedee, dolis pervenit ad hostes Cæsaris Arimoe.

Aristonicus Ptolemæi regis Egypti eunuchus, una cum rege educatus à puero, ingenio militari fuit, & in armis plurimum se exercuit: nec in iis minis, quam in congressibus valuit, & sensu communi (quod rarum est) præditus fuit, & ad bene merendum de hominibus propensum. Suidas.

Photinus eunuchus Ptolemæi Egypti regis, in gratiam Cæsaris victoris Pompejum suavit intermedium. Plut. Pomp. Lucanus.

Ausum Pompejum letho damnare Photinus.

Halotus eunuchus Arypinae, & prægulator Cæsarum Claudii, suavi imperatricis, boleto medicato dominum interfecit. Suetonius.

Phavorinus philofophus Arelatenfis, Hadriano principem maxime infensus, tria de se mira prædicabat, se Gallum græciffare, eunuchum moechum putari, inimicum Imperatori VI Volat. lib. 16. Antrop.

Erat illi nuda barbato facies, vox acuta & tenuis, qualis ferè eunuchorum natura penoficitur; quos esse tertium genus hominum pronuntiavit Alexander Cæsar, nec videndum, nec in ulu habendum à viris, sed vir à nobilibus feminis: tamen barbatus uno fidei nomine fuisse integris eunuchos pretiosiores, Herodoto credimus. Cælius lib. 19. c. 12. A. L.

Hyacinthus & Protus, eunuchi Eugenie filie Philippi præfecti sub Gallieno, martyres. Volat. lib. 19. Antrop.

Parthenius & Calocerus eunuchi Triphonæ uxoris Decii, martyres facti sunt sub eodem Principe.

Eutropius eunuchus, procurator Theodosii Imperatoris, ut ait Ennapius, Rufino successit; Imperatoris etiam Arcadii cubicularius, nullam facinus prætermisit, tum magistratus publicè vendendo, tum milites calumniando, tum proceres relegando, tum omnibus contumeliis fenatum afficiendo. Cum aliquando etiam eos, qui ad templa confugissent, comprehendere vellet, legem promulgavit, quæ concederet, illos vel ab aris abstrahi. At ea Lex vix promulgata erat, cum ultio crudelitatis est secuta. Nec enim multo post, in templum confugiens, sub altari jacuit, Joanne Chryostomo Episcopo: indeque abstractus, noctu capite plexus fuit, & à Consilio catalogo deletus, solo collega Theodoro inscripto. Sub hoc gens eunuchorum, ob illius potentiam, ita crevit, ut nonnulli jam barbari, Eutropii splendorem affectantes, una cum testibus vitam quoque amitterent. Suid.

Narces eunuchus, Ivitini principis cubicularius, è charulario & bibliopola princeps copiarum factus post Belisarium, multis rebus præclarè gestis, tandem, sine invidia, sive fortuna, sive populi acclamatione, in odium Justini & uxoris ejus devenit, adeo ut Imperator literas ad eum dederit plenas ignominie, quibus eum monebat, ut ad colum, penum & lanas rediret. Tum ille iratus: Ducam (inquit) tale pensum, talemque ordiar telum, quam non facile fit vobis explicare. Itaque ut injuriam ulcisceretur, Longobardos Romanam diu invadere cupientes, evocavit. Paulus Diac.

Ablarius, Eurythrus eunuchi. Ennapius in vita Acedsi, & Volat. lib. 13. c. 3. Antrop.

In æde S. Procopii, magni martyris, in testudine, cuiusdam eunuchi statua sita est, cuius in pectore scriptum est: Qui loco moverit hic sita, stranguetur. Fuit autem statua illa Platonis cubicularii, qui temporibus Basilici crematus est. Cum autem parentes ejus postularient, ut is eunuchus monimentum ergo, adversus eos qui Imperatori advertarentur, statua donaretur, impe-

A impetrarunt. Cum verò ædes magni martyris renovaretur, translatus est in circum equestrum. Svidas.

FOEMINÆ.

Xanthus Lydius in secundo Lydiacorum, Gygem omnium principem scribit, dum Lydis imparet, Tawinas dicitur, id est Mulieres eunuchas fecisse, & ad Venerem planè inutilem editum à matre. Cum jam adolevisset, in Lydiam migrasse, ibique magnæ matris cæremonia monuisse. Tanto verò in honore apud eam fuisse, ut id molestè ferens Jupiter, immanem aprum in Lydonum segetes miserit, à quo & alii è Lydis, & ipse Attos interemptus fuerit. Fidem rei faciunt Gallos & Pessinuntis incolæ. Sue enim, tanquam impura bestia omnino abhincant. Paul. in Ach.

Dorotheus præfatus Antiochenus, vir eruditissimus, græcè & hebraicè doctus, eunuchus ab ipsa geneti fuit: quo magno opere Aureliam principem dicitur delectatum fuisse. Euseb.

SEIPSIS.

Atis Calii Attos, infania correptus, testes sibi ibi amputavit. Arnobius lib. 5. contra Gentes.

Origenes Adamantius, ut corpus ab omni Venerea labe mundum servaret, omnique suspitione careret, sectis genitalibus membris eunuchum se fecit. Ful. lib. 4. c. 3.

Stephanus Marceotis regionis anachoreta, cum verendas corporis partes exulceratas taboque diffuentes haberet, inter chirurgicas unctiones & Bretones, nullum emisit ejusmodi, aut geminum. Marcell. lib. 5. c. 4. ex Socom. l. 26. c. 29. Vide supra Tit. Qua de causâ & Libidinis extinguenda.

Proditum memoris est, Semiramidem reginam omnium principem teneros mares adortum castrare. Cal. l. 13. cap. 29. A. L.

Apud Eleos regnavit Pantaleon, injuriosus & immanis: is Legatus, qui ad venissent, castrans, proprios testiculos edere coegit. Heraclides.

HOSTIBUS.

Posteaquam Perse potius sunt urbibus Jonie, sub Dario rege, formosissimos quoque puerorum filigenes castraverunt, exfectis testibus facientes eunuchos, virgineque speciosas ad regem transportant Sula: & super hæc urbes cum templis cremaverunt. Herod. lib. 6.

Phocas Imp. Mauricii Imperatoris interfecto, cum libidinibus & multorum fœditatibus sese adeo polluisset, ut nec propinquus parceret: Pricus gener ejus, & alii Senatores, ex Africa Heraclium & Nicetam cum exercitu evocant: à quibus Phocas victus, castratur, & ignibus crematur, cum imperium obtinisset annos octo, anno Domini 612. Sigebertus: Paulus Diac. lib. 4. c. 11. de gestis Longobardorum. Nicephorus lib. 18. c. 56. & Zonara tom. 3.

Cælo Leone V. Imp. quatuor ejus filii in insulam, quæ prima cognominabatur, exules missi sunt à Michael Traulo, qui imperium occupavit: exectis prius virilibus, ubi Theodosius quartus ordine diem suum obiit. Cyp.

Theobaldus Camerinorum princeps, cum Beneventanis D supplicia mitteret, & cum Græcis manus conferret, fugavit eos: & quotquot cepit, eviratos tenuit, addens ignominiam suam: Quandoquidem, inquit, Imp. vester Constantius eunuchis gaudet, quoque emiserit gallos, capos remittam. Cranz. l. 3. c. 9. Metropoles & Lutprand. l. 4. c. 4. ver. in Europ. 368.

Goleimus III. Neapolitanus rex, viribus exectis, ab Henrico VI. Imp. castratus, in Germaniam deportatus. Collenucius.

IMPRUDENTIBUS.

De Tuscho haruspice. Martialis Epigrammaton. lib. 3. Vite necens coesa stabat mortuus ad aras Hircus, Bacche tuis vittima grata sacris. Quem Tuscus maculare voo cum vellet Haruspex, Dixerat asressi forte radique viro, Vt cito testiculos peracua sacra feceret, Teter ut immunda carnis abiret odor, Ipse super virides aras lactantis pronus Dum vescat cultor, premieque manu, Ingens iratis apparuit hermia sacris: Occupat hanc ferrum fuscus, atque secat.

Hæc rarus antiquos sacrorum poscere ritus, Talibus & fœbris numina prisca coli. Sic modo qui Tuscus fuerat, nunc Gallus haruspex. Dum jugulas hircum, factus est ipse caper. HÆRETICIS.

Vide Loc. de hæreticis. Tit. Crudelestatis hæreticorum Britis.

Sinambassa, summæ apud Selinum Turcarum Imp. auctoritatis, ignobili Epiri vico in montanis Ambracæ natus, memorabili casu in eam virtutis atque opulentia magnitudinem evectus est. Nam porcam, quæ domi alebatur, ei adhuc puero, ac fortè in umbra dormitanti, apprehensa mortu virilia exedisse ferunt: protinùque cum veluti corporis vicio nobilitatum, à conquistoribus insignium puerorum Constantinopolim ad Mahometem fuisse perductum. Ubi cum mox fortuna, quam paulò ante non temerè, at sæva tamen fortè castraverat, fatalis virtutis auspiciis ad destinatos honores extulit. Jovius.

QUOMODO.

Gallus quidam nobilis, ex Narbonensi provincia oriundus, ex itinere captus à Turcis, & in Thraciam abductus, dynastæ cuidam donabatur, & (ut opinor) Beletbeco, qui cis Bosphorum Thraciam per Macedoniam præfectus militum dicitur. Ab hoc ille non asperè cepit tractari more barbaro, sed perhumaniter, eò quod gynæceo destinatus esset ob formam ac gratiam. Quodam die lauto, sed medicato exceptus convivio in somnum triduanum incidit. Quum experrectus mingere vellet, exectis sibi testes animadvertit: ac tum demum attonitus cognovit, quomodo dormisset, & cur tam laute semper ac affluenter tractatus esset. Rediit tamen ad ficos, & hanc attulit causam, cur nuptiis facile carere posset. Virr. lib. 2. c. 34. de Præf. dam.

CUR. Causa.

Religionis.

Materiacus Episcopus Avelinus testium divulsionem tortus fuit. Vide Tit. Scævita bellica erga hostes vivos.

Magnæ Matris Sacerdotibus sibi virilitatem amputandi, idque Samia testa, nec alter, ut putarunt, citra perniciem, mos: ea fortassis historiam originem sumpsit, quam Lucianus longo sermone narrat in opusculo de Syria dea. Fabellas percurrunt. Ovid. Fastor. 4. Phurn. in Rhœa, Festus in dist. Galli. Carul. in Berecynthia & Ary, & Paul. in Achaicis. Brod. in 1. Epigr.

Genutius Gallus matris Deum, eò quod sibi genitalia amputaverat, à Sardinio ab hereditate injusta dejectus est. Erodianus, ex Valerii lib. 7. c. 7.

Adulterii, Stupri.

In Efa non longè à Nicæa in Narbonensi provincia mulier quædam noctu dormienti Virgo genitales partes abscidit: factum excusans, quò ipsa viro fidem præstaret, vicium quoque æquum esset, eandem à viro servari: & quia is conjugalem fidem violaret, plecti de rea corporis parte, qua peccaverat. Fulg. lib. 6. c. 1.

Prædæstræ execti testes à Justiniano Imp. Interrogatus causam: Annon, inquit, si sacrilegium commisissent, manus illi amputandæ fuissent: Zonaras tom. 3. Paulus Diac. lib. 16.

Libidinis concitanda.

Heliogabalus abscissis genitalibus Matris fæ Magnæ sacravit, ut Aurelius probat, ut probis fæ omnibus contaminaret & cupiditate stupri, muliebri nomine se Bassianam pro Bassiano iussit appellari. Cyprianus.

Pazon à spadonibus Sejani, à Sutorio Prisco ipso civitatis luto 111. m. d. emptus fuit, non tam formæ, quam libidinis ergo. Plin. l. 7. c. 39.

Earius eunuchus, plurimum à Domitiano Imp. adamatus: quem tamen mox repudiavit, cum in Titi Vespasiani, qui Sporos amaverat, contumeliam, ne quis in posterum intra fines Romani imperii castraretur, edixit. Xiphilini. Hic à Martiale celebratur lib. 9. Epigr.

* Extinguenda.

Iustin. Martyr. Apol. ad Anton. Pium. narrat, Christianum Adolescentem, ut carnis irrationali motu careret, obtulisse Felici Augustali Præfecto libellum, ut medico liceret illum castrare, cum is id metu penæ facere dederet.

Origenem idem in seipsum admisisse constat, eoque nomine vituperatum; qua etiam de causâ duo Monachi à Theophilo Alexandrino excommunicati sunt. In vitis Patrum 2. d. cap. 172.

Denique hæresis fuit quorundam dicentium, quòd nisi quis Eunuchus fieret, salvati non posset. Vide Epiph. her. 58. Questus

A Panionius quidam Chius, magno Hermetimus Pedafenfem elegantissimum puerum ab hostibus captum atque ventundatum emerat, eumque castraverat (eunuchos enim maximi faciunt Persæ, fidei cauti) & Sardis venderat. Deductus ad regem Xerxem Hermetimus, brevi temporis spatio inter eunuchos primum locum obtinuit. Mox Xerxes contra Græcos expeditionem suscipiente, Hermetimus quoque regem comitatus, è Sardibus in agrum Myfium, qui Araneus dicitur, descendit, ibique inventum Panionium, simulata benevolentia, magnificis pollicitationibus, ut ad se migraret, induxit. Postquam igitur eum cum uxore & quatuor liberis adeptus est, patrem cogit, ut filius suis genitalia excideret: mox filios, ut patrem castrarent. Et sic pœnas à Panonio sumpsit. *Herod. lib. 8. Camer. in hor. succ. cent. 1. c. 99.*

B Amalgorum & Alanorum principum avaritia eò creverat, ut parentibus pueros, qui indole & elegantia corporis præstant, vi rapere: & testibus infectis, magno pretio Romanis eunuchorum studiosis venderent, patribus interfectis, ne ob filiorum orbitatem aliquid molirentur contra ipsos. *Cyprianus in Leone 111. ex Zonara.*

*** EUNUCHI HONORATI.**

Olim apud Asiaticos castrati in honore erant, uti etiam apud barbaras nationes, Turcas, (qui eos Chaldos vel Haldos appellant) & similes habentur. Siquidem olim Spadonibus, ut constat ex historiis paulo ante commemoratis, credebatur custodia matronarum & virginum regiarum, etantque præfecti Gynecæi, ut colligitur ex lib. *Eshber. & Eufathi in 3. oâisse: Cubicularum quoque, & regie supellectilis, ut Iudith. 12. & Aitor. cap. 8.* Insuper puerorum institutio illis commissa, quomodo legitimus Sincium Eunuchum Themistoclis filius datum præceptorem, & colligitur ex *Plat. lib. 3. de leg. Sed & à Regibus, copiarum & exercituum Ducis dati Eunuchi: testis est Jerem. c. 38. & 52. Moyses in Genes. c. 39. & 40.* Et Cyrus in tanto pretio hoc genus hominum habuit, ut ædem, cum fidelissimis, vite sue & fortunarum commiserit custodiam, & tutamen. Et qui describuntur in Genesi fuisse Pharaoni à oculis, & panibus, spadones erant. Ut etiam janitores Palatii, *c. ult. Eshber.*

C Nec est quod de barbaris ac veteribus id solum adferamus, etiam hodie apud Italos & Hispanos, Gynecæis virginum & matronarum hujusmodi exacti præficiuntur. Cum enim voluptatibus corporis operam dare nesciant, accuratè observant, ne & alii voluptatibus vacent, penitudine vel livore stimulant, quod facilius illdem utendi ipsis ablata sit; & velut talionem in immerentes machinantur.

*** CONTEMPTI, INVISI, ODIU HABITI.**

Romanis nihilominus Imperatoribus, & Legibus, invifum univerfium hoc Exactorum genus fuit, ut videre est apud *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7.* ubi Genutius quidam, qui sibi ipsi genitalia amputaverat, tanquam obfœcena persona, indignus habitus fuit, qui aliquid ex testamento caperet. Siquidem, inquit, perfame fuit hujus monftri, tertive generis hominum, inquinata voce, sub specie petiti juris tribumalia pollui.

Eodem modo acerba est infectio horum, in quadam *Epifola Basilii ad Simplician.*

De his etiam *Clandianus.*

*Aade quod Eunuchus nulla pietate movetur,
Nec generi, narique caver.*

D Lege Cæsarea puniuntur capitali supplicio, perinde ac homicidia, qui alios castrant. Quippe ex multis patet incolumes evadunt, usque adeo (utor verbis Imper. *Iustin. Const. 142. tit. 42. l. 3. §. qui hominem, l. Cornelia, §. constitutum.*) ut quidam ex his qui servati fuerunt, deposuerint, è nonaginta agrè tres incolumes evasisse. Sunt enim tales, inimici & destructores nature.

Lampadius in Alexandro meminit, vetitos Eunuchos à Constantino gerere Præfecturas ac Magistratus, imò infimo eos loco habuisse prodiit *Arthanas. epist. ad Solitarios:* qui præterea notat, ab Ecclesiasticis ministeriis arceri.

Cavetur id quoque in *Concilio Niceno cap. 1. & in canonib. Apof. cap. 21. & 22.* & queritur, tanti fieri à Constantino, ut etiam judicia Ecclesiastica exercerent homines, ut nullam, ita animo ad generandum steriles, utpote uillam de sobole mentionem esse agrè patientes, nempè de filio Dei, cum essent Arriani: que est item Nazianeni & Basilii querimonia.

Constat præterea de vita S. Sabæ, rejectos à consortio E Monachorum Eunuchos. *Svidas, Verbo, Antiochus, prodit, Theodosii junioris edicto cautum, ne foret Eunuchus Patritius.*

Habebatur quoque indignus militia, & censetur telas eum, non tela debere tractare. Qua de causa Narsetem duem, & Principem in bello frentum, Sophia Augusta magno suo malo, & Italiae majore detrimento ad gynecæa relegavit. *Paulus Diaconus lib. 8.*

Segregant præterea leges à militia hoc hominum genus, *lib. 8. C. Theod. de ryronibus, & Vegetius lib. 1. c. 6. colique Iovennalis Satyra 6. imbellas epithero proprio cognominat.*

*** PROPRIETATES.**

Aristoteles in hist. de Animalibus refert, omne animal castratione manufecere, homine excepto, qui ferocior evadit: quod tamen non per omnia consistere, experientia demonstrat.

Memorable est, quod Dion de specu Hierapolitano sibi compertum scribit, in qua spirat aura animantium noxia, ita ut ocyus intereat, exceptis iis quibus excisa sunt genitalia.

Eunuchi non calvefcunt, nec evadunt podagrici, secundum Hippocratem, Galenum, & Aristotelem.

Sunt iidem libidini addidiffimi; unde & *Svidas verbo Spado*, dicit, eos mulieres corrumpere manibus: ac majori quam alios libidine titillari, multis probat *Basil. & Auguf.*

Qui quidem *Basil. epist. 87.* naturali ratione, quod dicimus demonstrat, additque bina exempla *lib. de Virginitate.* Refert *S. Auguf. lib. 6. contra Julian. cap. 14.* Calligonum Eunuchum Valentiniani junioris gladio punitum, ob vim meretrici illatam. Lege quiddam aliud quod idem narrat *lib. 2. de civit. cap. 7. ex Terent. in Eunuchis*, apud quem Pythia inquit de Eunuchis:

*Ego istos audieram amatores vel maximos,
Sed nihil posse.*

Est etiam in scriptis Athanasii *epist. ad Solitarios*, Leontium Episcopum Antiochenum factionis Arriane, ut sine suspitione Eufollo, scriptum excelsisse; quod etiam prodit *Socr. lib. 1. hist. cap. 11.* Idiplum de Eunuchis in genere tradit *Arnob. lib. 5. contr. Gent.*

Sacra Scriptura perspicuè rabiem furoremque libidinis in Eunuchis expressit, appellans Spadonem generaliore vocabulo complectente thibias, & thlasis, de quibus *Ægineta lib. 6. l. 68. liber Deuter. c. 21. Levit. c. 22.*

*** MATRIMONIA.**

Matrimonia Eunuchorum, quibus unicus dumtaxat testiculus excisus est, jure & de facto licita sunt, cum illi sine potentes ad generandum: Secus habet in illis, qui utroque testiculo carent, quia etiam semine ad generationem efficiendam careant, quod requiritur ad matrimonium; cujus proinde illos incapaces, declaravit Sixtus V. in motu proprio anni m. d. lxxxvii. prout etiam ante illam Pontificis declarationem, jure nature semper incapaces illius fuerunt, sic ut merito eorum matrimonia irrita pronuntiaverit Pontifex. Si quando autem in Scriptura legantur Eunuchi invisisse matrimonia, vel intelligendum est de Eunuchis unico testiculo privatis, vel nomen Eunuchi transfertur ad significandum ministrum Regis vel principis. Quemadmodum ex *Cajetano, Abulenfi, & aliis, Pererius in Genesim* probat, & *Peterius fecutus, Sanchez lib. 7. de imp. matrim. disp. 92. n. 17.*

*** EXACTIO.**

Vide Vestigal. Tributum.

*** DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.**

EXactio Græcè *εὐαίρεσις*, quod inter alia, etiam, debitum peto, significat. Martialis:

Exiges à nobis operam sine sine petram.

Nomen exactæ pecunie vult Ulpianus, non modo ad solutionem esse referendum, sed etiam ad delegationem, hoc est, cum debitum nobis pecunia alteri assignamus. Communiter exactiois nomine intelligimus iniquam & extortam allcupsu operis in Republica ab inferioribus postulationem. A qua si abii iniquitas aut gravamen, potius prærationis, aut subsidii nomen meretur.

EXEMPLA ET APOPTHEGM.

Callistradus cum ad pecunias petendas ad Cyrum juniorem mitteretur ad belli usum, bis regis aulam accessit, & computationibus eum indulgentem audivit. Tertio vero cum audisset, & iterum bibere eum, nec se ad colloquium admitti intellexisset, dixisse fertur: Ita curam habendam pecuniarum, ut ne quid tamen committeretur Sparta indignum. *Quo dicto*

A dicto docuit, ita ab hominibus exigendam esse pecuniam debitam, ne quid nostræ dignitati & exultationi decedat. *Plur. in Lac.*

Dionysius Sen. exegerat pecunias à Syracusanis, deinde quom videret illos lamentantes, obsecrantes, ac negantes se habere quoddarent, indixit alteram exactioem, idque iterum ac tertio fecit. At postquam, ubi majorem summam imperasset, audiret iilos in foro ambulantes ridere, & scommata in regem jacere, justis præfectos ab exigendo quiescere. Jam enim, inquit, nihil habent, quandoquidem nos contemunt. *Plur. in apoph.*

Tiberius cum deprehendisset, Æmiliu Rectum, quem Ægypto præfecerat, nimium à populo exegisse, super ea re iratus scripsit: se tonderi velle suas oves, non deglubri. Solent autem principes deglubere oves, cum graviore exactioe subditis imponunt, quam ullo pacto ferre possint. *Dion. Nice. in Tyberio.*

Antonius Caracalla à Julia matre graviter objurgatus, quod ingentem illam pecuniam, quam per fas & nefas à subditis vi exegerat, profunderet, gladium evaginatum offendens: Bono (inquit) animo edo mater: Nobis, quamdiu hunc habebimus, nulla unquam deerit pecunia. *Dion. Nicæus, & Xiphil. in ejus vita.*

EXACTIONES NIMIÆ, QUAM NOXIÆ REIPUB.

Exactioes & exilationes nimias, civilium bellorum diffensionumque fomitem frequenter subministrare, veteribus & recentibus historis compertum. Unde à veritate alienam arbitramur Galbæ Cæsaris censuram, qui dicere solebat, nullos hominum minus esse metuendos, quam qui de solo victu cogitent. Verus sanè Lycurgus, qui pauperem & sine laris, magis in Reput. timendum aërat, quam divitem & insolentem; nam ut bene *Silvius Afer*:

Est deformis malum, & sceleri proclivis egestas.

Romæ crebras seditiones excitatas propter improbitatem exactioem sub Galba, Vitellio, Appio, Claudio, & aliis, ex historis notum est.

Imperante Augusto, Gallia penè defecerat à Romanis, quòd C. Licinius quidam Julii Cæsaris Libertus, Provinciae procurator, exactioe populum opprimeret. Imò Nerone peimùm deinde Galieno imperante; jugum Rom. Pop. excuserunt Galli, non alia de causa.

Factiones Mallæariorum (Mallotinios vulgò vocabant) eorumque qui vericolosus cucillos gestabant, & familia populi irritamenta, non aliam radicem habuerunt, quam exactioem.

Unde etiam in Belgio civilium diffensionum flamma sumpserit incrementum, habes in *Titulo de Tributis*, ubi multa hujus loco propria.

*** Examen. Investigatio.**

QUIBUS COMPETAT, ACTIVE ET PASSIVE.

A pud Gymnosophistas, paratis instructisque mensis, antequam cibis apponatur, adolescentens singuli ad mensam vocantur; à quibus exigunt, & quid eo die generi humano lucrifecerint, quid laboraverint, quidve sapienter dictum factumve illa luce fuerit. Qui otiosi inveniuntur, ab omni cibo & potu excluduntur, foratque extruduntur. *Alex. lib. 5. c. 12.*

Pythagoras Samius discipulis suis noctu cubitum iuris, hunc vericillum perpendendum proposuit. *Πη απηβλυ, τι δ' ηρεας; τι ποι δειν εν εργαδην,* ut cum ipse prærens illis semper adesse non posset, haberent tamen præceptoris diligentia exactorem veluti hunc vericillum. *Laertius lib. 8. Quem postea Virgilius viro bono sic expressit:*

*Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quam longe repetiverit acta diei,
Quid prætermisum, quid gestum tempore, quid non.*

Κατ'ου τ'ηρα, petractiones librum inscriptis, à confirmando dictum; Democrius Abderites: quo censuram agit de omnibus libris à se scriptis, *Svidas.*

Pictores opera sua, interposito spatio, prius quam extremam manum imponant, inspicunt: quod dum avertunt, visum suum judicio novum faciunt: quo acris exiguum exploratur discernim, quod fallit assiduitas & assuetudo. *Plur. de Non rascendo.*

D. Augustinus *libros Confess.* scripsit, quibus totius suæ

vite actiones passionisque examinat, & notum veluti præscribit, quam pii omnes in Dei misericordia suaque miseria investiganda ad Creatoris laudem suamque confusionem sequi debeant.

Consule Titulum, Conscientia examen.

* Exactoratio.

Vide Locum proprium DE DEGRADATIONE.

* Exceptio.

QUID SIT; ET QUOTUPLEX.

EXceptio Jurisconsultis dicitur, quæ opponitur ad excludendam actionem intentatam ab Actore. Estque duplex: Dilatoria, ut si opponas judicem non competentem, testes infames, actorem excommunicatum, vel quid simile.

Alia est peremptoria, ut si quis opponat, se mandato Principis fecisse: Item solvise id quod exigit; & ita accipitur, *lib. 44. Digestor.*

* Excommunicatio.

*** DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.**

EXcommunicatio est censura Ecclesiastica, qua quispiam separatur à communione fidelium. Quam definitionem ipsum vocabulum velut importat. Dicitur enim excommunicatus, quasi extra communionem factus: Habetque fundamentum in verbis Christi, *Matth. c. 18.* Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus, id est ab Ecclesia segregatus; qui etiam loquendi modus SS. Patribus est familiaris. Punitur enim jure, ut loquitur Suarez, moralis, ad utendum Ecclesiastica communicatione, & participatione.

Panormitanus definit Excommunicationem, quæ privat quandoque communicatione Sacramentorum, & consortio hominum.

DIVISIO.

Quædam est excommunicatio à jure, quædam ab homine quædam fertur per sententiam generalem, quædam per particularem: quædam aliquando valida, quædam nulla. Sed de his in *Titulo de Censura.*

Hujus loco propria & communis omnium divisio est, quæ dicitur Excommunicationem majorem & minorem. Major dicitur, quæ separat à consortio fidelium: Minor, quæ à perceptione Sacramentorum. Intelligit de majore, quod ab omni fidelium communione privet, tam Ecclesiastica, five facta, qualis etiam est usus Sacramentorum; quam civili & humana.

APPELLATIO.

Usus obtinuit, ut censura excommunicationis appelleretur nomine Anathematis, quæ est vox Hebræorum, & ab eis fuit derivata, ut observat *D. Hieronym. Chryssostom. autem term. de Anathem. Tom. 5. & Iulianus Martyr. 212.* Dicitur Anathema esse id, quod reconditum & secretum est Deo: nec jam ad communem usum sumitur, aut viti culpaque causa à Deo abalienatum est. Prior significatio communis est apud xxx. qui votam illud, quod Cherem dicebatur *Levit. 27. vers. 28.* per quod res quæpiam planè & plenè Deo consecrabatur; exponunt per Anathema. Unde Cherem & Anathema dicebatur, H quod Deo in perpetuum consecrabatur, vel in ipsius honorem totum cedebat. De quo videat Lector eruditum commentarium *Cornelii à Lapide in ejs. Epist. ad Rom.*

Posterior significatio etiam Scripturæ usitata. Nam ubi vulgata edito habet *Num. 21.* Delebo urbes ejus, vertunt lxx. Anathemizo civitates illius. Unde pro re execrabili & abominabili ea vocis usurpatio permanfit: Sic ut anathemizari dicitur ex usu Ecclesiæ, qui ab ea separatur. Utitur autem ea voce Concil. Tridentinum in definitionibus fidei dicendo: Si quis hoc vel illud negaverit, anathema sit.

EFFECTUS.

Excommunicationis effectus vari, & quidem xii. notantur à Doctores; consistunt autem omnes in remotione à communione bonorum quorundam Ecclesiasticorum, que est proximus effectus hujus censure. Ac primum quidem Excommunicatus privatur orationibus & suffragiis Ecclesiæ; itaque ex intentione ipsius Ecclesiæ, sic ut publice non liceat pro eo orare, vel Ecclesiæ suffragia illi applicare.

Removetur etiam Excommunicatus à consortio hominum ita

A ita ut nullus tunc cum eo communi- cetur, præterquam in casibus iure expressis.

Privatur usi Sacramentorum, eorumque fructu. Item partici- patione aut communicatione in aliis divinis, & Ecclesiasti- cis officiis, concione excepta.

Si Clericus excommunicatus publicum exercitium faciat sui ordinis, fit irregularis; non verò siliacorum more quid faciat.

Corpus ejus qui in excommunicatione mortuus est, priva- tur sepultura Ecclesiastica, nisi prius absolvatur. Imò sepultus debet exhumari.

Jurisdicção etiam spiritualis excommunicato interdicitur: uti reliquis omnibus quavis civilis cum eodem communica- tio.

Beneficiis quoque Ecclesiasticis, si contumax fuerit, privatur excommunicatus: estque inhabilis ad beneficia de novo obti- nenda, sic ut collatio, præsentatio, aut nominatio facta excommu- nicato, sit nulla.

Cetera videantur apud Summistas, ac nominatim P. Sua- res lib. de Censuris.

MATERIA ET FORMA.

Excommunicatio supponit peccatum mortale, antequam contrahatur. Ita quòd solum ob peccatum mortale, possit fieri lex præcipiens excommunicationem ab homine ferenda- dam. Unde lata pro veniali, est ipso iure nulla. Et quamvis non quolibet peccatum mortale sit sufficiens materia, ut sub excommunicatione prohibeatur; tamen pro quolibet lata, est valida.

Proxima excommunicationis causa, est contumacia contra obedientiam Ecclesiasticam præcepti.

Quòd formam Excommunicationis, aliquid confide- rari potest, ut eam antecedens, nempe monitio: aliquid ut consequens, videlicet denunciatio jam in curia: denique ritus ipse ferendi excommunicationem. Quando enim à jure fertur, tantum illa forma in ea ferenda requiritur, quæ in constituenda lege, quæ sufficienter declarat, penam per eam imponi ip- so facto incurrendam.

Quando verò ab homine fertur excommunicatio, illud solum est substantiale ex parte formæ, quod profertur illis ver- bis, quæ satis significant talem censuram verè & actualiter im- poni.

SUBJECTUM.

Subjectum Excommunicationis est homo viator, vivens in hac vita mortali, adultus, baptizatus, & habens in tertis su- periore, & qui peccare potest.

In communicatæ autem, five ea accipiatur pro corpore politico, five ut pro singulari personis usurpatur, ex- communicatio ferri non potest. Ita statuitur in cap. Roma- na, §. in Universitatem, de sent. Excomm. in 6. Uti ne- que infantem Ethnicum, animalia rationis ac culpe incapacia, & mortuos.

IMPERATORES. REGES. HÆRESIARCHE.

EXCOMMUNICATI.

Cum Excommunicatio sit medicina utilis bonis, & malis ob eorum culpam acerba, expedit aliquando etiam jactari in supremas potestates, quæ nullis legibus ac potestatibus com- petci possunt.

Unde rectè Arcadium Imperatorem, ejusque conjugem Eudoxiam Innocentius primus anathemate damnaverat, damnationis sententia gravissimis hinc tremendisque ver- bis in eos pronuntiata: Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli creditus est, segrege & eji- cio te & Eudoxiam à perceptione immaculatum my- steriorum Christi Dei. Quo excommunicationis gladio vulneratus Imperator non intolenter se gessit, nec in fe- rientem accensus est, sed humiliter submitit, Pontificique correptionem admittit, ad eumque datis literis, facti rati- one cum aliqua satisfactioe reddita, veniam postulavit; tantæ modestiæ, obedientiæ, ac penitentiæ signifi- catione à vinculis absolvi petiit, ut dignus habitus sit, qui Ecclesiæ fideliumque societati redderetur: etiam ipsi paucos post menses Imperatit vita functa sit, & Arcadius non diu superfuert. Gemad. Nicephor. & Glycas apud Baron. tom. 5. an. 407.

Petrus Arragonum Rex, qui in Siciliam accitus Gallos ex eo regno deiecerat, à duobus summis Pontificibus, Martino Quarto, & Honorio Quarto, piorum communionem privatus est: quòd jus & dominium regni ad Ecclesiam pertineret, & illud contra Pontificum, qui tunc Ecclesiæ præerant, vo-

luntatem, in suam potestatem redegerat. Qui cum in extre- mum vitæ discrimen incurrisset, adfensque Antistites non pauci, multique Religiosi, atque Primarii regni, eorum om- nibus dixit, illud quidem nunquam sibi propositum fuisse, ut Ecclesiæ molestiam ullam aut injuriam exhiberet, vel quid- quam faceret, quod Apostolica sede prolata; tamen se, quòd tan- quam fidelis ac Catholicus Princeps nosset, anathematis sen- tentiam, iustè injunctè latam, timendam esse, propterea man- dasset, ut in suo regno inviolatum servaretur. Apostolicæ sedis interdictum. Deinde summo cum religionis & pietatis affe- ctu rogavit Tarraconensem Archiepiscopum, ut ab excommu- nicationis vinculo absolveret, paratum atque expeditum vel ad fidem regiam obligandum, sanctèque jurandum se in eo mansurum, quòd juris æquitate servata super ea re sedes Apostolica statueret, vel ad conveniendum summum Pon- tificem, facti sui ut rationem reddat, innocentiamque teste- tur. In quo non minus se matris Ecclesiæ filium obsequentem ac humilem præbuit, quam in multis prælitis, quæ gessit, ani- mosum invictumque Principem declaraverit. Hier. Swit. lib. 4. Annal. sistorum cap. 71. Apud Ribadenir. lib. 1. de Prin- cipe c. 31.

Philippus Franciæ Rex repudiata Bertha uxore, Fulconi Andegavensium Comiti ereptam conjugem, nomine Bertran- dam, quam miserè deperibat, in matrimonium duxit. Huic Pontifex iussit, ut rejecta sceleris societate conjugata pellice, uxorem revocet, cum eaque legitimam vitam agat. Cum Regem yefano amore furentem, iustique immemorem, multis remediis blandis pariter & asperis frustra adhibitis, ad fanio- rem mentem revocare, atque à regno tantam offensionem tollere non posset; tandem Urbanus II. Pontifex Maximus, di- ris devotum excommunicationis pena ferit, Gallique præcep- tit, ne Regi obediant. Rex infans, magna verborum insolentia discessionem à Pontifice minatur: sed nihil proficit. Rogit se velle Pontificis sententiæ & veniæ postulare causa Ro- mam concedere: sed vana fuit atque inanis ejusmodi simula- tio, nam Pontifex fortis & constans persistit in sententia. Tan- dem Rex victus submitit se Ecclesiæ, ejusque censuris est ob- secutus: cum videret eas acquissimas esse, & tales haberi non solum ab Episcopis & Ecclesiæ Praefectis, sed etiam ab om- nibus Ordinibus regni, qui propterea summa cum reverenti- is obtemperabant. Ex quo satis intelligitur, quantum vi- rium habuit hic Ecclesiasticus mureo, quantumque apud verè Ecclesiæ filios habere debeat. Papirus Massonius lib. 3. Annal. Gall.

JOANNES Rex Angliæ, cum in facta profanaque defeviret, nullius ordinis aut ætatis ratione habita, Innocentii Tertii au- thoritate factis interdictis, ac deinde regni sui administratione privatus est. Qua re perterritus Rex, ne à suis Episcopis & Principibus & Popularibus destitueretur, vel invidus ad fanio- rem mentem reverteris, jurejurando promissit, se Pontificis arbitrio pariturum: posteroque Reges ad id obligavit, ut se deinceps Romani Pont. perpetuò beneficiarios & tributarios agnoscere. Ex Regist. ep. Innoc. 3. Joan. Azor. ad rom. 2. lib. 4. c. 34.

ATHANASIUM Neapolitanum Episcopum sepius admoni- tionibus, & multis argenti ponderibus datis, ut pactum cum Saracenis habitum dirumperet, admonuimus. Ille autem id pactum se omnimodò soluturum, & ab eorum societate sepa- ratum esse promittens sub ea conditione, ut si sententiam illis quolibet modo secedus habuisset, omni esset sacerdotali ge- nere privatus & anathematizatus. Sed hæc omnia parvi pen- dentem, & ad perditionem Christianorum cum eis pactum habentem, & nos sepius deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli simul & nostra, cum omnibus sequacibus suis, & omni Ecclesiastica commu- nione privamus, & quousque se ab ipsis Saracenis penitus se- paraverit, velut totius Christianitatis inimicum anathema- tizamus, &c. E. 5. epist. 270. Joan. Papa VIII. Baron. tom. 10. An. 881. 4.

Dum Ecclesiæ d. Athanasio Episcopo Alexandrino subje- ctæ à Praefectis eorum provinciarum nonnihil vexatæ sunt, & inter alias Ecclesiæ Libyæ à quodam Praefecto Cappado- cæ, homine moribus depravato, licet fide Catholico, labefa- ctata est: quem in deteriora prolabentem, nec mores emen- dare curantem sanctus Athanasius sententia excommunicati- onis percussit, scripsitque ex more publicas literas, quibus significaretur, ne qui excommunicatus ipso esset, ab alio ulquam Episcopo reciperetur. Pervenit eadem litera

A in Cappadociam, quò idem reversurus erat: quas cum inprimis Basilium universè illius provincie metropolitanus Episcopus accepisset, in nefarium hominem atque ac Atha- nasis ipse commotus, eundem fidelium consortio peni- tis declaravit extorem. Ex Epist. divi Basili. 47. Baron. tom. 4. 370.

Anno Domini centesimo nonagesimo octavo, Victor, qui tunc Romanæ Ecclesiæ præerat, totius Asiæ Ecclesiæ cum aliis finitimis, tanquam alterius fidei & opinionis, simul omnes à communi unitate Ecclesiæ amputare co- natur, & in eos per literas graviter invehitur: atque ad eos omnes fratres, eam incolentes regionem, prostris à com- munione secludendos edidit. Euseb. lib. 5. cap. 24. & 25. Ba- ron. tom. 2. 198.

Certe GREGORIUM VII. Pp. Opt. Max. nullus aut favor, aut metus, à iusta hujus mucronis jaculatione dimovet. Con- ceperat in animo Henricum IV. Imperat. hoc anathematis gladio coercere. Obstant Magnates, & Regem non ita faciliè anathematizandum clamant. Quibus Pontifex: Dum Petro Ecclesiam suam Dominus committeret, dicens: Pasce oves meas, exceptiæ reges? Non excepti fac. Generalis enim tradita potestas: Quodcumque ligaveris & solveris super ter- ram, &c. Platanus a vita.

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, deci- mo septimo Calendas Julii, allata fuit in Germaniam Leo- nis X. bulla, qua fuerant Romæ Martini Lutheri errores li- brique damnati, ac ipse, nisi statim illic diebus resipisceret, errorisque revocaret, excommunicatus, ac fatanæ, Apосто- lorum portitate, ut spiritus salvus esset in die Domini, traditus: quum de erroribus per literas admonitus, & per cationem toto anno fide publica oblata, sumptibusque itineris, contumax nollet resipiscere; Satana igitur tradidit, cepit de errore in errorem provolvit, atque ut D. Paulus ait, in detur- sificiens, errore errore cumularet. Erit verò aliquando respicientium simularet errorum, si qui deprehenderentur, palinodiam pollicens, ac Apostolicæ sedis iudicio se suaque submittere, novis tamen hæresibus alias affingere in dies non desistebat. Gabr. Præcol. in Elencho hæresum, lib. 10. ann. Dom. 1520.

Sed quoniam supra luculentis testimoniis docuimus Ro- mani Pontificis in maximo Principes, si fidei obliviscantur, potestatem, cumulum eorum adjectus in eis, qui in Gallia excommunicationis mucronem in se vibratum senerunt. Quippe Agapethum legitimum communionem fidelium submo- velle Regem Clotarium, quòd Yueroti Dominum ipso die S. Paracletus hinc supplicem factum, manu propria con- fudit.

Bonifacius VIII. Philippum Pulchrum anathemate ferit, quòd Episcopum Apamensem, Sedis Apostolicæ Legatum, in carceres conjecisset.

Nicolaus I. Lotharium, Paschalis Ludovicum Crassum eo- dem fulmine percusserunt, quòd Francie clerum durius tra- ctarent.

Quin & ab Episcopis quoque Reges & Imperatores plerique excommunicati leguntur.

Sic Geribertus Rex à Germano Parisiensi Episcopo: Ludovicus Crassus à Stephano ejusdem loci Antistite, anathemate percussus fuit.

Olim Theodosius Orientis atque Occidentis Imperator, ob eadem quam Theffalonice crudeliter patravat, huic etiam sententiæ subjectus fuit. De quo illud commemoratur, quòd cum penitentia ductus, admittit scelus lachrymis uberrimè detegeret, venit ad eum Ruffinus, tanti doloris causam sciscitatus. Cui Imperator, Tu, inquit, Ruffine ludis, & mea mala non sentis? ego gemo calamitatem meam, quia ser- vis & mendicantibus patet templum Dei, & Dominum suum exorantes ingrediuntur: mihi verò ad eum ingressus non patet, insuper & casti mihi clausi. Ad non hic etiam, ut plerique Principes, se vi & armis anathematizanti Episcopo oppo- nere potuit: potuit certe. At divina potestati, quam Ecclesiæ suæ in hereditatem reliquit, obistere nec debuit, nec voluit. Sacrat. Trip. hist. lib. 8. c. 10.

S. AUGUSTINUS Hippensium duxit Episcopus, Bonifa- cium totius Asiæ proregem tamdiu sacris interdixit, quam- diu rerum quem per vim ex facti iurij retractaret, apud se de- titur.

Recentiora sunt, quomodo Henricum VIII. Angliæ Regem ob incestuosas nuptias cum Anna Bolena, atque Eccle- siæ primatum sibi arrogantem, post serias nihilque proficien- tes monitiones anathematizavit Clemens VIII. & Hen-

ricum Borbonium Navarra Regem, quem Clemens VIII. E- nuper absolvit, ut infra dicitur, tanquam hæreticum, & id- circo coronæ Gallie incapacem, hoc vinculo innodatum Roman. Pontif. declaraverit. Uti & Pius V. Elisabetham Angliæ reginam.

PAULUS V. insuper non ita pridem, anno feliciter M. DC. V. ipso Natalis Domini die, Venetorum Senatui sacris interdi- xit, quòd leges quasdam adversus sacrorum Canonum decreta & functiones condidisset, & Ecclesiæ immunitates ac iura pro autoritate violaret. De quare consule historiam illius temporis.

EXCOMMUNICATIONE RES INANIMÆ

IMMUTATÆ. ARBORES.

ELSIUS Regis Eduardi quondam minister, ad consecran- dam aut benedicendam Ecclesiam, Episcopum precibus impo- tunis diu multumque advocavit. Erat autem in cæmeterio ar- bor nucæa, patulis frondibus umbrosa, quæ luxuriante ramo- rum amplitudine, luminibus officiebat Ecclesiæ. Solebat au- tem vir ille aleis & epulis sub illa arbore vacare: & cum jussit etiam Episcopus abscindi, maluit Ecclesiam non dedicari quam arborem inde penitus deponi. Vir ergo sanctus maledi- ctionis jaculum in arborem offensus intorfit, & illa quasi vulne- rata, paulatim sterilesens, radicibus exaruit, & fructu caruit. Exacerbat inde dominus, eam abscindi iussit, & dixit: Nihil VVolfiani maledictione amarus, nihil ejus benedictione dulcis poterit inveniri. In vita S. VVolfiani apud Surinm.

Huic haud ab simile est, quòd fertur Vallisoletii accidisse: me- moratu dignissimum videtur. Latro quidam (ut narrant) vas argenteum furto sublatum abdidit in excavato trunco proce- ræ & annose populi propè B. Magdalenam sitæ. Interea cum ore Sacerdotis in eum, qui vas surripuerat, aut retinebat, ex- communicationis sententia quasi fulmen emitteretur, repen- tè arefcere cepit arbor; sed valse fortè postea reperto, & ei cuius erat, restituito, nativa viriditas ac pulchritudo arbori reddita est, omnibus tantum miraculifloro dehis. Ex histo- ria Pontificali per Illescam, par. 3. cap. 14. Lnd. Granat. 2. p. Catech. c. 27. §. 7.

PANIS.

Ferdinandus à Castello, vir religiosus, in prima parte histo- riæ suæ, scriptum reliquit, S. Gundisalvum Amarantium, ex Dominicana familia monachum, ut rudi populo, ad quem con- ditiones habebat, declararet, quanta sit vis excommunicatio- nis, & quid damni in anima pariat, canistrum candido ac pri- mario pane plenum, quem mulier gestabat, excommunicasse, subitòque mirum dictu, panem niveum in aeterrum con- vertit: deinde cum eundem aqua lustrali adspersum benedi- xisset, rescisso maledicto, nigroreposito, pristinum candorem recepit. Per Ribadenira lib. 1. de Princ. Christiano c. 34. ex Ferdinando à Castello 1. p. hist. lib. 1. c. 61.

EXEMPLA VARIORUM EFFECTUUM

QUORUM SUPRA MEMINIMUS.

SACRA.

Pharisei cæcum à nativitate, quem Christus Jerosolymis cu- raverat, è Synagoga eiecerunt, ed quòd Christum peccato- rem negaret. Erat enim illis Synagoga, quod nobis Ecclesia, Joan. cap. 9.

Christus materiam velut excommunicationis insinuat, dum ait: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publi- canus. Matth. c. 18.

S. PAULUS incestuosus, qui uxorem patris sui, novercam suam, matrimonio sibi junxerat, jubet excommunicari, in Ec- clesia Corinthiorum, mandata tradente eum Satana, in interitum Hi- camis. Quippe excommunicati ejeci extra societatem Ch- risti & Ecclesiæ, ejusque bonis privati, scil. orationibus, sus- fragiis, sacramentis, tyrannidi & incurfibus demonis ita expo- nuntur, ut in eos magis graffetur: Ita Aug. lib. 2. com. Epist. Parmen. cap. 2. & carnalis voluptas in eo intereat. 1. Cor. c. 5. Unde colligitur, excommunicatos olim traditos fuisse demo- nibus, corporaliter etiam divexandos & possidendos. Juxta Theodoretum in illum Pauli locum.

HISTORICA.

Exempla plura reperuntur timendum effectuum Ex- communicationis, præsertim quomodo corporaliter à da- mone vexari solebant, qui ab Ecclesiæ Prælati excommu- nicabantur. In vita S. Ambrosii memorat Paulinus, quòd cum is quendam Satana tradidisset, demon eodem momen- to illum abripiens, disscerpere cœperit. Eaque de causa, Ch- ristus discipulis dedit potestatem spirituum immundorum. Matth. c. 10.

A Quidam Comes Anglus illicitum contraxerat matrimonium: quod cum Episcopus servus Dei Cedo prohibere & corrigere non posset, excommunicavit eum; atque omnibus qui se audire vellent, precepit, ne domum ejus intrarent, neque de cibis illius acciperent. Contempsit hoc Rex preceptum, & rogatus à Comite, intravit epularum domum ejus. Qui cum abiisset, obliavit ei Antistes. At Rex intuens eum, mox tremefactus desilivit de equo, ceciditque ante pedes ejus, veniam reatus sui postulans. Nam & Episcopus pariter desilivit, federat enim & ipse in equo. Iratus autem tetigit Regem jacentem virga, quam tenebat manu, & Pontificali auctoritate protellans: Dico tibi, inquit, quia noluit te continere à domo perditii & damnati illius, tu in ipsa domo mori habes. Sed credendum est, quia talis mors veri religiosi non solum talem culpam diluerit, sed etiam meritum ejus auxerit: quia nimium ob causam pietatis propter observantiam mandatorum Christi contigit. *Bedalib. 3. Hist. Angl. c. 22. Apud Bar. tom. 3. ann. 655.*

B Hinc consentaneum est, quod Petrus Damiani Archiepiscopus Ravennas & Cardinalis scribit in epistola ad Desiderium Abbatem Cassinensem: Deus omnipotens (inquit) terribile exhibet etiam in hac vita iudicium, nec tamen miseri homines desunt iterare peccandum: Nam Robertus Gallorum Rex, avus istius Philippi, qui in paterni juris scepra successit, propinquam sibi copulavit uxorem, ex qua suscepit filium, anserinum per omnia collum & caput habentem. Quos etiam, virum & uxorem, omnes ferè Galliarum Episcopi communi simul excommunicaverunt sententia. Cujus sacerdotalis edicti tantus omnem ubique populum terror invasit, ut ab ejus societate universi recederent, nec præter duos servulos ad necessariam victus obsequium illi remanerent; qui tamen & ipsi omnia vasa, in quibus Rex edebat & bibebat, percepto cibo abominabilia judicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex coarctatus angustis, ad sanum consilium rediens divortium fecit, inique legale connubium. Eadem de monstro genito habetur in historia Aquitanicæ fragmentis ex Pitheci collectione editis, ubi hæc verba: Dum enim de eodem Rege eadem mulier concepisset, credens se parituram filium, peperit monstrum. Quæ res Regem perterruit, & librum repudiū eidem mulieri dare compulit. Quo factò, absolvi cum toto suo meruit regno. *Petr. Damiani Cardinal. in Epist. ad Desiderium Abbat. apud Baron. 998. 3. tom. 10.*

Idem Damianus Epist. ad Hildebrandum Papam, aliud etiam narrat. Venerabilis vir, Pius videlicet Apulensis Episcopus, qui Episcopatum dirimierat, dum mihi totius circa se regni reverentiam conquestus exponeret, ac molestæ inquietudinis tædium nunciaret, inter cætera, unum intulit, quod vos latere non patiar. Quidam, inquit, degenet quidem moribus, sed majorum titulis insignitus, suam consanguineam nuptiam sibi federe copulavit. Quid plura? Prohibitus perliuit, excommunicatus adhaesit; totumque Ecclesiasticæ censuræ vigorem, nugarum puerilium fabulas deputavit. Cui hoc certè ad divinæ indignationis iudicium contigit, ut panes de nuptialibus mensis in plateas ante eum ota projecti, minime tangerentur. Insuper, à divinæ animadversionis pavenda severitas! dum rigidus stat, dum præceptis sacerdotalibus se non humiliat, qui vigilare sibi ad salutem noluist, in cubiculo dormientem, repente de caelestibus irruens fulgur extinxit. Hinc simile narratur infra titulo, De Othone Brandeburgico.

In historia Ecclesiastica Philonis philosophi reperitur, quondam persecutionum præfatum tempore seniore Ecclesiastico ab Antistite factis interdictum fuisse. Quum autem Senior ille quondam ob causam necessariam aliquo profectus esset, accidit, ut ab Ethnicis comprehensus, testimonio suo veritatem obignaret. Hinc templum eo loco conditur, & renovata peraguntur: cumque Antistes hæc verba pronuntiaret, Pax universis: Sandapila templo excessit, idque non semel, sed bis terve factum. Hinc per quietem Antistiti senior oblat: Abito, inquit, & Episcopo meo fis author, ut huc veniat, meque vinculis exolvat: Nam officio me sacro exclusit, ideòque factis interesse vobiscum nequeo: Testimonium quidem coronam consequutus sum, sed Dei faciem necdum contempxi. Quod si me ipse præfectus non obolverit, alius exolvere non poterit. Quum igitur his extemperatum esset, Sandapila templo excedere desit. Atque hanc ob causam

Deo cuncti gloriam tribuebant, qui servis ejusmodi potestatem concessisset. Joannes quidem orator ille aureus hæc de re verbis hujusmodi disserit: Nos fecundum legem atque præscriptum Ecclesiasticum, vincula quibusdam injicimus. Ea si quis floccipendit, is sciat, mortis atque iudicii tempus appetiturum, quod ipsum doceat, Dei sermonem, & ejus Ecclesiæ leges minime falsas ac mendaciter excogitatas esse. *Michel Glycas P. 4. Annal. Bredemb. Collat. sac. libro quinto, cap. 32.*

Nuperimè post Concilium Bituricensis quædam de excommunicatis Eques in nostra diocesi interfectus est, quem ego, rogantibus amicis, & propinquis ejus, nullatenus solvere volui, ut cæteri metum habereis; gravem enim culpam prædantis habuerat. Itaque sine sacerdotis obsequio à militibus apud quendam Ecclesiam S. Petri, non me jubente, sepultus est. Mane autem factò, corpus ejus longe extra cæmeterium projectum, & nudum super faciem ejus terre inventum est: tumulus autem, ubi sepulchrum habuerat, intactus, & ita, ut dimissus fuerat, reperiens est. Quem iterum milites aperuerunt, & nihil in eo amplius, nisi vestes, quibus involutum corpus fuerat, invenerunt. Rursum cadaver ibidem sepeliverunt, & diligenter tumulum sub enormi pondere terræ & lapidum claudunt: sed die altero projectum cadaver, & tumulum intactum, ut supra, apertum. Quinque sepeliunt: toties eodem ejectione tenore conuenitur. Tantum demum victi supore, corpus longè à cæmeterio Ecclesiæ terra obruunt. Quo terrore perculli Principes militiæ, pacem nobis, velut optabamus, firmare nequam distulerunt. Adhæc respondit Concilium: Quid hoc aliud est, nisi quia vis oculis hominum arbitri hominum affirmat Ecclesiæ suæ auctoritatem, quia excommunicati, à sepultura Christianorum justè ab Episcopis segregantur? Tales enim negant fidem, dum latrocina potius, quam pacem sectantur. *Ex Ali. 2. concil. Lemovicens. Baron. tom. 11. ann. 1034. 17.*

Cum autem il qui hoc Excommunicationis gladio feriuntur, extra Ecclesiæ limen ejiciantur, merito eorum commercia colloquiaque vitanda erunt. Et quidem Franciscum Xaverium ad Sinas pergentem, cum rogaret magni nominis vir, ut præfatum diris devotum salutatum conveniret: Egon, ajebat, hominem fidelium commune exclusum adeam salutandi causa? & post pauca: Me quidem amicum non habebit, quandiu haberit inimicum Deum. *Ex Hor. Turcell. lib. 3. cap. 14. in vita Beyerlinch. in Apophthegm.*

Neque ab hac mente alieni fuere civilis ordinis viri primates. Quid enim de Valentino Imp. dicam? Acceptus à fratre Arriano litteras, quibus auxilium contra Gothos effragitabat. Quibus ille: Nefas homini bellum gerenti cum Deo open ferre, cujus potius temeritas merito coerenda. *Ex Theodor. lib. 4. histor. Eccles. cap. 28. Beyerlinch. supra.*

Quam autem fœda res sit, cum Excommunicatis familiariter uti, etiam ratione carentia animalia exemplo nobis sunt. Anathemate ab demerita percussus à Ludolpho Antistite Otho Brandeburgensis, per ludibrium mensæ affidens, canibus frusta carniū objeicit: Videamus, inquit, an ab excommunicatis (quod vulgò dicitur) carnes accipere reculent canes? Certè recusant. Ille fatuitatem causatur, canemque tridui inedia maceratum aduci jubet: at nec ille carnes obiectas attingit. Eoque miratulo territus, Ecclesiæ paruit. *Ex Chronic. Magdeburg. Idem ibidem.*

EXCOMMUNICATIO TIMENDA; NON
CONTENNENDA.

OTHO Imperator, Henrici Aucupis filius, cum Pontificatum de Vallesene in Magdeburgum illustriorem locum transferre moliretur, non putavit in sua provincia superesse quemquam super consensu interpellandum: paulisper in eare vir militaris, aliquo circumpectissimus, lapis, quod secularis potestas, quæ secularia sunt, administrat: & de prophanis, quæ Deo jubet consecrari, sacra facta: Jam autem divinis titulis permittis, extra illius sunt ordinationem. Bernardus Halberthadensis Episcopus ordinationi Regis se opponit, quòd in illius parochia esset locus, quem non vult Rex diocesi applicare. Faciebat, angebatque Regis animos, quòd paternam ditione locum ad se pertinere; erat enim Burgavivus de Magdeburgo: qui Regi permisit, ut eam arcem primæ conjugii donaret

A donaret titulo propter nuptias. Rex non æque tulit, quòd auderet Episcopus iux voluntati contraire. Caprum ergo perducit iussit in Quæledenburg, & reclusit in carcerem. Sedit aliquandiu Bonifex in patientia: si fortè rex ad eor reverteret, illum juberet relaxari. Venerat sacra dies Dominicæ cenæ: recolit Episcopus divinorum, quæ in Ecclesia tum erant peragenda, ministeriorum: Jubet factas vestes sibi afferri: parerit. Indutus, orat advocari regem: Erat enim tunc eo loci. Venit, arbitratus, Episcopum mutasse sententiam, consensumque præbiturum ad rem quam instituerat. Ubi rex aderat, Episcopus elevata manu, execrationem protulit, & excommunicationem in regem, qui manus intrulisset Christo Domini: interdixitque factis per omnem diocesim. Rex amentiam interpretatus, quod tale aliquid captus moliretur, primum videbatur rem excepisse cachino: ubi profundius cogitabat, sententiam pastoris putabat non esse contennendam. Itaque iussit, mox laxatum remitti ad Ecclesiam suam: & permansit res infecta per omnes dies, quibus supererat Episcopus memoratus. *Albert. Crantz. lib. 4. hist. Saxon. cap. 7. apud Bredemb. lib. 5. Collat. cap. 25.*

B THEODOSIUS junior Imperator, licet virtutibus multis eximie decoratus esset, clementia tamen, mansuetudine, animi tranquillitate, quæ nullis procellis agitari poterat, pietate denique ac timore erga censuras Ecclesiæ excelluit: cujus rei certissimum argumentum hic ostendit. Vir quidam vitam excolens monasticam, animo paulò audacior præditus, ad Imperatorem rei cuiusdam petendæ gratia accedit. Quod cum sæpius fecisset, Imperatori Ecclesiastica interdicitur communione, vinculoque Ecclesiæ ei injecto, decedit. Imperator autem fide cum primis excellens, ad Palatium veniens, cum tempus instaret convivi, & omnes convivæ adessent, dixit se non prius capturum cibum, quam Ecclesiæ vinculo solveter. Proinde unum ex familiarissimis ad Episcopum mittit, ut potestatem faciat ei, qui ipsum ligaverat, vinculo solvendi. Cum autem Episcopus respondisset, non debere cuiuspiam vinculum admittere, significasseque, eum solum esse: non tamen solutione illa contentus fuit, donec ille qui eum ligarat, magno cum labore conquestus, communioni illum restitisset: hujusmodi erat Imperatoris erga leges divinas fides & pietas. *Theodor. lib. 5. hist. Eccles. c. 36. Nicæphor. lib. 14. cap. 1. Baron. Anno Domini 425. tom. 5.*

DESIDERIUS Longobardorum rex cum multas ditio- ni Romanæ urbes jam cepisset, novissetque, ab Adriano primo Romano Pontifice ad ferendam opem Carolum Magnum vocari; cupiens astu ante Carolum urbem Romanam inire, simulavit, voto se ad salutandam principis Apostolorum limina proficisci vellet: quod cum prudens Pontifex animadvertisset, reletatis prius templi atque urbis portis, misit, qui Desiderio sub anathematis pœna imperarent, ne propius ad urbem accederet. Incredible forsitan videatur, & tamen vero ipso verus est, barbarum regem superbæ atque immanitatis plenum, quem arma non moverant, simplici anathematis denunciatione territum, sententia mutata, retrò exercitum convertisse. *Bapt. Fulgosi lib. 1. c. 1.*

Longè aliter se gessit erga censuras Ecclesiasticas Philippus Gallie Rex, cognomento Pulcher: Historicorum enim quidam scriptis prodidere, eum tum ob despectam excommunicationem, tum etiam quòd Bonificium octavum hostiler vexaverit, à quodam apud discretum, miserabili more interisse; atque à tribus ejus filiis, ad quos ex ordine corona pervenit, fobole, quæ sibi succederet, nullam reliquisse, eorumque conjuges, Philippum verò nurus, de stupro postulatas, & duas ex illis adulterii convictas, regium sanguinem gravi infamia inquinasse. *Carolus Sigon. lib. 5. de regno Italia. Ex Tac. Mener. lib. 1. Annal. Fland. & Navcl. 267. 26.*

Dum Theodorico decedente, Theobertus filius ejus regnum ambisset, ac multa iniquè exerceret, & ab eodem plerumque corripere, quòd vel ipse perpetraret, vel perperantes non argueret, advenit dies Dominicus; & ecce Rex cum his, qui à Nicetio Episcopo communioni abesset iussi fuerant, Ecclesiam est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas Canon sanxit antiquus, oblati muneribus super altare Dei, ait Episcopus: Non hic hodie Missarum solemniam consummabuntur, nisi communionem pri-
L. B. Theat. Vita Human. Tom. 111.

vati prius abscedant. At Rege renitente, subito exclamat: unus de populo arreptus à damone puer juvenis; cequitque voce valida inter supplicia torturæ suæ, & Sancti virtutes, & Regis crimina confiteri: dicebatque, Episcopum castrum, regem adulterum: illum timore Christi humilem, hunc gloria regi superbum; illum sacerdotio impollutam, à Deo in posterum præferendum; hunc ab authore sceleris sui velociter elidendum. Cumque Rex timore concussus, peteret, ut hic enervatus ab Ecclesia egeretur, dixit Episcopus: Prius illi, qui te fecit sunt, id est incestuarii, homicidæ, adulteri, ab hac Ecclesia extrudantur, & hunc Deus filere jubebit. Et statim Rex iussit omnes hos, qui sacerdotis sententia damnati fuerant, egredi ab Ecclesia. Quibus expulsi, iussit sacerdos demoniacum foras extrahi: sed cum apprehensa columna, avelli à decem viris non posset, Sanctus Dei sub vestimento suo propter sciantiam vitandam faciens crucem Christi contra demonem, relaxari precepit. Qui protinus corruens cum his, qui eum trahere nitentibus, post paululum sanus cretus est. Deinde post acta solemnia requiescit, nunquam reperiri potuit, nec ullus scivit, unde venerit, vel quò abierit. Conjiciebatur à plurimis, eum à Deo missum, qui Regis sacerdotique opera non taceret. Unde factum est, ut sacerdoti orante, Rex mitior fieret, pastoreque à Domino remunerandus, dignè propheticum illud audiret: Qui reddidit pretiosum de vili, tanquam os meum erit. *Gregor. Turon. in lib. de Vitis patrum, cap. 17. apud Sur. 1. Oib. Biblior. S. S. Patr. tom. 7.*

Inter Ludovicum Francorum Regem, & Gaufridum Comitem Andegavensium, exercebantur inimicitie graves. Causa erat, quòd virum nobilem Gerardum de Monasterio, Rege prohibente, in munitionis oppido suo Comes obsidens, comprehenderit una cum uxore, liberis & propinquis, ipsamque diruit munitionem. Conatus est Divus Bernardus cum multis Episcopis & Principibus eos conciliare, sed Comes, amaritudinis se fellem commotus, insalutatos omnes relinquit, equo insiliit & recessit. Sic pacis re desperata, paratus erat Gerardus in carcerem redire; sub obsidibus enim ad colloquium erat adductus. Sed eum consolatus est vir sanctus: Ne timeas, ait: certus esto, quia Deus tibi nunquam subveniet; idque celerius, quam valeas vel sperare. Siquidem recordatus visionis, quam veniens ad id colloquium viderat, tanquam lecturum se Evangelium à sancto Episcopo Malachia petere benedictionem, confusus est pacem sine dubio proventuram. Necdum Gerardus ille limen domus attingeret, à facie ejus egrediens, cum sibi quidam occurreret, redire Comitem nunciavit. Mirati sunt omnes, tam celerem audientes promissionis effectum. Eadem enim hora Comes rediit, & pariter pax desiderata provenit. Erat autem idem Comes pro eodem negotio, ex mandato summi Pontificis, anathematis vinculis innodatus; sed absolvendus, humiliari, ut debuit, vel culpam super hoc fateri suam, penitus recusat: magis autem, ut erat plurimum animosus, Deum sibi culpam hujusmodi nunquam remittere imprecabatur, innocentem se reputans & injustè ligatum. Quamobrem discessit parer sanctus non parum tristis ab illo, dicens ei: (siquidem literas noverat) In qua mensura mensus fueris, remetietur tibi. Eadem autem die, causantibus super hæc improbitate personis quibusdam, & principem illum graviter errasse dicentibus, accessus zelo Dei famulus, ajebat: Graviter fatis hæc temeritas punietur. Fieri omnino non potest, quin hoc eodem anno Comes ipse aut mortuar, aut evidentem aliam divinæ indignationis sentiat ultionem. Hoc verbum & ex ipsis & ex aliis audiere non pauci. Quod tunc celeriter est impletum, ut Comes idem infra diem quintum decimum moretetur. *Anton. S. Bernardi libro quarto, cap. 2.*

anno Christi Domini millesimo centesimo nonagesimo quarto, cum Leopoldus Dux Austrie adhuc permaneret in sententia excommunicationis, quam Dominus Papa Cælestinus III. in eum tulerat propter captionem Richardi Regis Angliæ; nec penitenter, flagellavit Dominus terram suam in hunc modum. In primis quidem censuræ sunt omnes civitates terræ suæ, nec alicui nota fuit causa incendii. Secundò, ex inundatione Danubii fluvii submersa est quedam terra adjacens, in qua decem millia hominum
G g vel

A vel eo amplius perierunt. Tertio, cum in media estate soleat & debeat omnis terra virere, tota terra ejus tunc temporis contra solitum & debitum curium exaruit. Quarto, cum semina frugum deberent in herbam processisse, in vermes conversa sunt. Quinto nobilitates terre sine mortalitate percussis sunt. Et quamvis tot & tantis flagellasset Dominus terram suam plagis, noluit tamen poenitere, sed induratum est cor ejus, adeo quod ipse juravit, quod omnes obides Regis Angliæ, quos ipse habebat, capitalem subirent sententiam, nisi in proximo perficerentur ei a Rege Angliæ omnes conventiones, quas cum illo fecerat. Unde factum est, quod Balduinus de Beun, qui unus erat ex illis, qui dati fuerant Ducis Austriæ pro redemptione Regis Angliæ obides, ex communi obsequio consilio missus est ad Regem Angliæ ad indicandum ei Ducis propositum. Qui cum venisset, miseris illorum Rex, tradidit ei Rex forem Arthuri Ducis Britannicæ, & filium Imperatoris Cypræ ad ducendum eas usque ad Ducem Austriæ, forem scilicet Arthuri ad maritandum filio Ducis Austriæ, & filium Imperatoris de Cypro tradendam in manus Ducis Austriæ quietam. *Rogerus in Annalibus Angliæ VII. lelm. Nienbrigen lib. 5. c. 6. Baron. tom. 12. ann. 1194. num. 3.*

DEFUNCTORUM EXCOMMUNICATIO, ET ABSOLUTIO.

Cum mortui ad Ecclesiam in terris visibiles, cujus caput est Romanus Pontifex, non pertineant, excommunicari etiam non possunt, ut tenet communis Theologorum & Canonistarum Schola, contra Panormitanum, ad *Capit. si quis, de hereticis, 5. Decret.* Et quamvis aliis locis, nominatim in *cap. a nobis 2. de sent. Excomm.* & alibi, Ecclesia legatur mortuos ligasse atque soluisse, tamen aliud nihil per hoc significatur, quam quod Ecclesia declararet, quo in statu decesserint, & quomodo erga illos se gerere debeant fideles; ut notavit *Covarruv. ad cap. Alma mat. §. 11.* Et hoc sensu Josias Rex ossa pseudoprophetae, & eorum, qui vitalis immolarant, post mortem effodit, atque combulfit; ac inde laudatur *1. Reg. 23. 4. Reg. 23.*

EXEMPLA HISTORICA.

Quamvis vita sancti proprie excommunicari non possint, nec absolvi, quod non subint jurisdictioni Ecclesiæ: quia tamen quoad corpus sunt in visceribus terræ aut super terram, Ecclesia ad terrorem quosdam excommunicat vel absolvit. *Cap. a nobis, 1. de sentent. excomm.* Ejusmodi quantumcumque poenitent, ut ait Joan. Vignerus, & moriantur in gratia non possunt ad caelum volare, nec visione beatifica frui, donec fuerint absolvi; & hoc expressè dixit Christus: Quicumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo, hoc est paradiso. Ideo laudabilis est consuetudo in aliquibus diebus, in quibus ad instantiam procuratoris animarum in die cinerum singulis annis absolvuntur defuncti excommunicati, ut participent suffragiis Ecclesiæ. Hinc est, quod nostra ætate contigit in diocesi S. Pontii de Thomeris, de quodam Clerico excommunicato ab Episcopo Ruthenensi de Rhodex, qui post biennium revelavit locum suo, ut exhumaretur è loco sacro, donec habita absolutio iterum sepeliretur in loco sacro: coram toto populo audita est vox clara & percipibilis ab omnibus qui aderant, gratis agentis & dicentis, nunc caelum illi patere; ut ex Actis publicis ipsius diocesis Ruthenensis patet. *Joannes Vignerus de Sacramento Ordinis Versu 26.*

Quidam solitaria vite sectator à Gregorio Papa excommunicatus, ut qui contra voluntatem praesidis, & praescriptas monasterio leges à Gregorio, non nihil deliquisset, paucis diebus interjectis, vitam cum morte commutavit. Ea re nuntiata, magnopere Gregorius indoluit, Fratrem illum è vita subitò magistrali, sacris adhuc vinculis constrictum. Itaque scriptam in charta precepcionem, qua mortuum vinculis istis eximeret, ministro cuidam cum hisce verbis tradidit: Vade ad sepulchrum fratris illius, & precepcionem hanc perlege. Quod ubi factum fuisset, monasterii Praeses perquietantem Fratrem hunc complicit: mox cum compellens: Tua causa maesti sumus, o Frater, ait, quod vinculis sacris ligatus obieris: Quamobrem dic, obsecro, nobis, quonam in statu & conditione sis. Tum ille respondens: Revera, inquit, o pater, ad hesternum usque diem carcere clausus fui: Verum ho-

die solutus ac liber factus sum. Hoc modo cunctis innouit eadem hora, qua Diaconus precepcionem illam supra sepulchrum legerat, nova & admirabili ratione fratrem istum à sacro vinculo fuisse liberatum. De hoc quoque factis existimari possunt, quanta vis sit ejus vinculi, quo mortales à sacerdotibus ligantur. *Michael Glycas 4. parte Annalium.*

Afferamus & illud ab eodem sancto Gregorio scriptum in vita sancti Benedicti. Quaedam Femina, ut ajunt, moniales, nimis effreni lingua religionum quendam virum sapienter velicabant. Quocirca Benedictus hæc de illis audiens, eis proxinis mandavit, dicens: Corrigite linguam vestram, alioquin excommunico vos. Ille nihil meliores factæ, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in adibus sacris sepultæ. Cùmque in istisdem Missarum Solemnia, inquit idem, celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret, Si quis non communicat, det locum; nutrix earum, que pro eis oblationem offerre consueverat, eas de sepulchris suis progredi, & exire videbat: quod cum vidisset, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quæ vir Dei adhuc illis viventibus mandavit: Eas quippe se communionem private dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tunc sermo Dei cum gravi morore indicatum est; qui manu sua proxinis oblationem dedit, dicens: Ite, & ulterius excommunicatæ non erunt: quæ immolatio dum fuisset pro eis immolata, & à Diacono juxta morem clamatum, ut non communicantes ab Ecclesia exirent, ille exire ab Ecclesia ulterius vix non sunt. *D. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 23.*

Huc etiam facit quod legitur de aliis post mortem à S. Gothardo Hildensheimensi Episcopo absolutis. Hic Pontifex contumaces quosdam & periculosos habebat inter subiectos, quos sæpe admonitos, tandem anathematice ictos, sacrificii tempore templo excedere iussit: qui tamen contempto Praesulis sui imperio restabant, cum eccese tibi ex dudum sepulchris, quos anathematis vincula adhuc retinebant, de tumulis surgunt, templumque egrediuntur; quos pudore fustis rebelles quoque vivi sequuntur. Gothardus acri adhortatione ad contumaces, quibus ipsos mortuos obsequentiores haberet, adhibita, defunctos censura solvit, qui cervicibus Pontifici suo inclinatis, ad suum quisque tumulum redierunt. *Matt. Raderus in viridario Sanctorum.*

Anno Domini millesimo quingentesimo nono, Albuquerque Indiarum Prorege, classe ejus intra fauces Erithræ constituta vel ex intemperie cæli, vel ex infalubrum ciborum succo atrox morbus navalem turbam invasit. Vulgò inter lucum vel quotidiana ministeria repente exspirabant. In his Miles unus in mare projectus, ingentem terrorem omnibus attulit: nocti quippe infra sentinam pulsus frequenter exaudiri cæpi; quem ad strepitum cum arrepta scala vigiles descendissent, implexum carinæ sub ipso gubernaculo defuncti militis corpus offendunt. Scilicet cunctis pillis inhorruit. Ubi ex pavore collegere seie, res ad navarchum delata: nec dubium fuit, quin cadaver translatum in lituis humo contereget: quo facto, postidie super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Ea re attoniti cuncti, cum apud se causam exquirerent, Franciscus denique, incertum ex qua familia monachus, qui coniectionis munereungebatur, sagaci conjectura suspicatus est, hominem aliquo interditi vel anathematis vinculo constrictum è vita excessisse: itaque in terram egressus, sanctissimi viri Benedicti Abbatis exemplo è Pontificia formula conceptis verbis animam demortui rite expiavit, eique veniam à Deo precans est. Mirum dictu in hoc mysterio reddidit mortuo pax, & vaga ossa tandem in suo tumulo quæverunt. *Petr. Massens Histor. Indiar. libro quinto, post medium.*

EXCOMMUNICARE AD QUEM SPECTAT?

Potestas excommunicandi pertinet ad clavem Jurisdictionis, non Ordinis; iure proprie convenit, qui in foro exteriori jurisdictionem habent, etiam illi Ordinis non habent potestatem.

Itaque quoad omnem suam plenitudinem, habet hanc potestatem in omnia Ecclesiæ membra Pontifex jure divino, tantquam Ecclesiæ caput.

Conci-

A Concilium generale eadem habet, præterquam quod in Pontificem qui supra Concilium est, non habet. Concilio Provinciali eadem etiam competit in Provinciam. Cullibet Episcopo, in eos quorum est iudex ordinarius. Deinde Praelatis Ecclesiasticis de consuetudine eadem est facultas, dummodo exerceant aliquam Jurisdictionem in foro exteriori.

Fœminæ, vel Laici: hujus potestatis sunt incapaces: ad minus enim requiritur Canonice, clericatum in excommunicantem.

Olim Parochi in quibusdam casibus, furto videlicet & rapina, excommunicabantur: sed ea consuetudo, ut advertebat Soto & de Grassis, in diffiultudinem abiit, ut modo non habeant Jurisdictionem præterquam in foro poenitentiam.

Perique tenent Laicum ex commissione Papæ, posse excommunicare.

ABSOLUTIO

AB EXCOMMUNICATIONE.

Excommunicatio per solam absolutionem aufertur, de ordinario jure loquendo. Ab excommunicatione ab homine lata, absolvi qui eam tulit, aut illius Superior, & qui illam potest reservare. Inferior verò nunquam, nisi in vim potestatis à superiore sibi factæ, ab excommunicatione superioris absolvere potest.

Ab excommunicatione Juris non reservata, proprius Sacerdos, aut alius Consecratus absolvit.

Ab excommunicatione minori, quæ est à Jure, absolvere non potest, nisi qui à peccatis mortalibus absolvit. Nisi habeat beneficium Curatum, etiam Sacerdos non foret. Ita *Suares disput. XXIV. de Excomm. min.*

Forma Absolutionis alia non requiritur, quam quæ mentem absolventis, & effectum absolutionis insinuet. Solet à Doctorebus hæc assignari. Absolvo te à vinculo majoris excommunicationis, ob talem causam: & restituo te Sacramenti Ecclesiæ, & communioni fidelium, in nomine Patris, &c.

Formæ accidentales, quas solemnitates dicimus, hæc observari solent. Primo, ut ab excommunicato postuletur Juramentum parendi de cætero mandatis Ecclesiæ. Quod in magnis criminis locum habere suggerit *Cajet. in summa.* Et quando tale est delictum, quod satisfactionem prærequirit.

Secunda Cæremonia est, ut Sacerdos priusquam absolvat, Psalium aliquem poenitentæ recitet super absolvendum.

Atque in solemnibus Absolutione requiritur Doct. ut absolvens sit veste aliqua sacra indutus, saltem superpelliceo & stola. Poenitens verò ut sit genuflexus, ac scapulis nudatis, dumque Psalium legitur, flagello percutiatur. Sed id nullo jure cautum dicitur.

Tertiò subicitur Psalmo, oratio Dominica, cum ver. Salvum fac servum & oratione, Deus qui proprium est. Quæ tamen omnia non sunt necessaria ad substantiam absolutionis, neque adhibenda; dum absolvens non est sacerdos, absolvens est propter occultum peccatum excommunicatus, aut mulier. Videantur Canonice.

EXEMPLA HISTORICA.

Solemnis fuit absolutio, quam Henricus IV. Galliarum Rex nuper à Clemente VIII. Rom. Pont. postquam crebris legationibus eam postulasset, impetravit an. 1595. mense Augusto. misit in eum finem ad urbem Davide Petronio, Ebroicensium Episcopo, illustrium virorum comitatu agglomerato: postquam Nivernensium Dux inde reversus, mentem Pontificis placationem nuntiasset. Maxima omnium acclamatione excepta legato fuit, totaque Roma in publicam letitiam effusa ubi præsertim die, quo Rex, qui hæctenus in excommunicatione obdueratur, ab illius vinculo solutus, & Ecclesiæ Sacramentis ac communioni restitutus fuit, & gratiam Apostolicam à clementissimo Clemente, una cum titulo Christianissimum Regis, impetravit. Accidit id autem mense Augusti die 15. quando passim pugnata arcuque triumphales excitati, ac plurimi versus lætitiæ indices in vulgus spargi: è quibus unus hic erat

Quem tota armatum mirata est Gallia Regem,

Mirata est etiam Roma beata Pinum.

Magnum opus est armis stravisse rot agmina: majus

Pontificis pedibus succubuisse sacris.

Memoria tam solemnis absolutionis, Obelicus marmoreus iusti Pontificis erectus cum magna inscriptione fuit. Nos illius meminimus supra, sub *Loco de Columbis.*

Tabulas Absolutionis Lutetiam detulit Elbeveus Eques, Regem ad Feram in castris obsidione protrahente. Qui eo intellectu, ignes excitari, totaque Gallia genialia festa celebrari imperavit. Anno deinde 97. amplissimam Legationem ad *L. B. T. beat. vit. Floman. Tom. II.*

Apostolicam Sedem adornavit, eique profunda submissione, E suis ipsius, Regniq; nomine, obedientiam debitam præstitit. *Laar. Beyerlinch in opere suo Chronograph. ad annum 1595. & 1597. sub Italia & Gallia.*

* Excubia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Excubia Græcè *νυκτοφυλαξία*, Vigilia sunt extracubantium. Quamvis vigilia proprie sint nocturnæ, & excubia etiam diurna appellantur. Reperitur etiam Excubitus apud Auctores, & Excubitum.

NECESSITAS, ET OFFICIA EXCUBITORUM.

Excubia tum pace, cum bello sunt necessariae, ut nihil incommodi Respublica pariat aut dedecoris. Unde ad illud minus non quivis adificatur, sed delectus institutus; ut observavit *Socrates apud Platonem.* Certè quò meliores cives ac lautioris fortunæ, eò ad custodiam urbium aptiores. Quod secus etiam in bene constitutis civitatibus cernimus observari, in quibus operarii, bajuli, & inopes id munus præstant, à quo omnium fortuna & salus dependet.

Excubitorum partes sunt, in omnem partem sollicitos esse, & ad minimam rumoris auram, præsertim de nocte, circumspicere, omnia suspecta habere, ubique infidias veteri, publicæ tranquillitati invigilare. Qui autem his præficiuntur, non modo curare debent, ut in muris stationarii vigillas custodiant, sed et nocturnas etiam seditiones, & injurias à civitate arceant, & fortuita incendia, aut excitatas quavis occasione insolentias compescant. Quam sanè curam tanti fecit Augustus Cæsar, ut per se illi consili maluerit, quam per alios magistratus. Septem cohortes locis opportunis per Urbem constituit, ut testatur *Paul. Jurisconsult. lib. 3. ff. de offic. Praef. vigil.* Quo binas urbis regiones unaquaque tueretur. Ipse interim per se obire nonnunquam, ac cum vitæ discrimine vigiles explorare.

EXCUBITORES NEGLIGENTES.

Nota est historia, quo pacto olim per excubitorum negligentiam, Res Romanae in summum exitum adductæ fuissent, Gallis Capitolium obidentibus; si non anseres improvviso strepitu obscurantes excitassent, hostemque muro imminente prodidissent.

Alexander Macedo militem in castris pro excubiis dormientem interfecit.

Eripotæ obidentes Phœnicem, ut scribit *Polibius lib. 2.* dum exercitum suum dividunt, & negligentibus excubant stationarii, Illyrii qui in urbe erant, intempesta nocte exeunt, hostium stationes occupant, manus primo manè conferunt, & viciorum reportant.

De Hojo, arce ditionis Leodiensis, & Ambiano munitissima civitate Phœnicæ, nuper occupata, nuper stationarii aut negligentibus, aut minus providè agentibus; pete *ex tit. Strata agerman. Consule etiam titulum de vigilantiis, & vigiliis.*

EXCUBITORES SACRI.

Erant in lege veteri devotæ mulieres, quæ excubabant in ostio Tabernaculi; ut constat *Exod. 38.* Quod extructo templo magis in usu erat, tunc enim certa ad ostium, vel in atrio tabernaculi, erat habitatio extructa. Talis erat Anna prophetissa *Luc. 2.* & de his loquitur *Script. 1. Reg. cap. 6. Et lib. 2. Machab. cap. 3.* Fuitque inter has enutrita B. Virgo, postquam triennis in templo fuit præsentata. Eratque hic coetus Religiosus devotarum illius temporis fœminarum, velut typus Religiosorum nostrarum.

Gentiles quoque similem virginum coetum instituerunt, quæ excubarent in phanis, & sacrum ignem custodirent; quæ & Vestales dicebantur.

* Excusatio.

DEFINITIO, ET MALITIA.

Excusatio, quæ Græcè *ἀναλογία*, est objecti criminis dilutio. Familiare vitium omni ætati, sexui, ordini. Eleganter *Seneca:* Dicimus, Non ego ambitiosus sum, sed nemo Romæ aliter potest vivere: Non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit: Non est meum vitium, quod iracundus sum, adolescentia hoc facit. Qui quidem nos decipimus, non est extrinsecus malum nostrum, inra nos est, in vicibus seder; & idè difficulter ad sanitatem venimus, quia nos ægotare necimus. *Epist. 60.* Ad voluntario facinorosi, inquit *Cicero lib. Rhet.* nulla est excusatio impudentiæ.

Hoc est maximum vitium, quo laborat humanitas, ait *Cass. in Psal.* ut post peccatum suum maxime ad excusationis reftugium, quasi poenitentiam se confessione profertat quod facinus constat inter summa peccata numeratum esse, quia inde nascitur, undè ad poenitentiam reus tardius venire videatur.

Gg 2 EXEM-